us a regalibus ſedibus venit. Item popu
lus qui ambulabat i tenebris ⁊c̄. ergo nox
fuit quando lux iſta orta fuit. q̇a in die nō
ambulabatur in tenebris.
Reſponſio ad queſtionem.

Dhoc dicimus
ſm auctoritatem ſupra poſitā di
oniſij ꝙ circumſtantie annunci=
antis debent exprimere ꝓprietates annū=
ciati. Unde cū angelus iſte nō annuncia
uit tempus incarnandi nec ſtatum vel ꝓ=
prietates eorum ꝓpter quos fiebat ſed tm̄
ipſam incarnatōez cū ſuis ꝓprietatib⁹. Il
la aūt incarnatō cū ſit ortus veri ſolis ſuꝑ
terrā quod ē initiū diei ſine ſuꝑſtitōis ſuꝑ
cilio. Credimus ꝰ ꝙ hec annūciatio fuit i
ortu diei ⁊ nō i veſꝑe. qꝛ nō annūciat tem
pus incarnādi. nec i nocte qꝛ nō annūcia=
bat ſtatū eoꝝ. ꝓpter quos fiebat incarnatō
ergo auctas illa duz mediū ſilentiū ⁊c̄. tan
git ſtatū homīs qui fuit i incarnatiōe xp̄i.
Ad hoc autem quod obijcit̄ de abrahā ꝙ
ſedit i hoſtio dicim⁹ ꝙ ꝑ abrahā ⁊ feruorē
diei ſignificatur feruor deſiderij quez ha
bebant ſancti patres ad incarnatōez. Qꝺ
autē obijcitur de hora paſſionis plus ē ad
ꝓpoſitū. quia ſicut ſole mūdi ad occaſum
vergēte cōgruebat verū ſolē relinquere mū
dum. ita decebat vt ſole materiali oriente
orietur ſimul ⁊ ſol iuſticie. Ad id qꝺ obij=
cit̄ ꝙ hic caritas mōſtrabat̄ i ſummo. et iō
decebat i meridie cōcipi. Dicim⁹ ꝙ i oꝑe re
demptōis. i. i paſſiōe mōſtrabat̄ caritas in
ſūmo. ſʒ incarnatō ſine paſſiōe nō fuit op⁹

redēptiōis. Unde licet ī ſe maioꝛ eēt incar
natio q̄ꝫ paſſio· tñ ſumma caritas mōſtra=
batur in paſſione ipſo dño dicēte. Maio=
rem dilectiōnē nemo habet ⁊c̄· Unde nō
fuit ſummū augmentū quod recipere po=
teſt caritas in incarnatione. qꝛ augmentū
vt dicit pħus eſt preexiſtentis magnitudi
nis additamentū. vnde magnitudini ca=
ritatis que oſtendit̄ in incarnatiōe facta ē
additō caritatis que eſt in paſſione ꝑ quā
caritas eſt vltima in ſue ꝑfectionis oſten=
ſione· hoc autem congruebat fieri in meri
die. Et ſic patet ꝙ aliud tempus congru=
ebat paſſioni. aliud annunciationi.

Oſt hoc queritur de loco· Et dicit
euangeliū ꝙ fuit in ciuitate. Con
tra hoc ſic obijcit̄. dñs extra ciuita
tem paſſus fuit natus ⁊ ſepultus ⁊ reſur=
rexit· ergo ⁊ concipi debuit. Item dignioꝛ
annūciatio debuit fieri ī loco digniori vel
ad minus ī eque digno. ſed annūciatō do
mi dignioꝛ fuit annūciatōe iohis· Illa au
tē ī tēplo fuit ḡ ⁊ iſta. Itē inter oꝑatiōes lo
cales et loca ī quibus fiūt attēdit̄ ꝓpoꝛtio
ſicut dignū ē· oꝛatio digniorē q̄ꝫ negocia=
tio· ſic fit etiā ī digniori loco. qꝛ oīo in cho
ro negociatō fit in foꝛo· Unde aug· ⁊ bea
tus Bñdictus. ī oꝛatoꝛio nemo aliq̄d agat
⁊c̄. Oꝛatoꝛiū ſic eſt ꝙ nemo ibi aliquid ali
ud tractet q̄ꝫ quod dei eſt. vñ dñs ī euāge=
lio. Domus mea domus oꝛōnis vocabit̄.
ſed ī iſta annūciatōe cōpleta fuit digniſſi=
ma oꝑatio· qꝛ dñica incarnatō· ḡ ī digniſ=
ſimo loco fieri debuit. ergo in templo.

D hoc dicimus rñdendo ꝙ dñs ī
oībus factis ſuis ꝑncipalibꝰ que ī
mūdo geſſit quare ī mundū vene=
rit oſtēdit· inter homīes peccatoꝛes natus
fuit. ante bouē ⁊ aſinuꝫ iacuit· inter pctō=
res ꝯuerſatus fuit· ⁊ cū ipīs comedit. inter
latrones crucifixus fuit· peccatrici reſur=
gēs ꝑmo apparuit. ī omībus oꝑibus ſuis
oſtēdēs ꝙ xp̄s ihs venit ī hūc mundū pec
catoꝛes ſaluos facere. Nō ḡ ī mari q̄ locus
ē piſciū. nec in aere qui locus ē auiū. nec in
campo qui ē locus aīaliū agreſtiū. Sed ī
ciuitate que ē ꝓprius locus hoīm ꝯcipi de
buit· q̄ ꝓpter nos ⁊ noſtrā ſalutē deſcēdit d̄
celo· Qd̄ aūt obijcit̄ ꝙ extra ciuitateꝫ natꝰ
fuit paſſus ⁊ ſepultus ⁊ reſurrexit· Dicimꝰ
ꝙ duplex fuit xp̄i natiuitaſ· ī vtero· ⁊ extra vte
ro· ꝑma ī ſecreto. ſcd̄a ī manifeſto· ꝑma cō
gruit ī miſteriū· ſcd̄a ī exemplū. In ciuita
te nāqꝫ cōcipi debuit ⁊ voluit vt oſtēderet
ꝙ ꝓ oībus venit. In via autē natus fuit vt
oſtēderet ꝙ ſua vita nobis ad celoꝝ regnū
via fuit· Extra poꝛtā paſſus fuit ad oſten=
dendū ꝙ ꝑ ipſius paſſionē nō liberat̄ niſi
qui ꝑ ꝯuerſionē a pctō ad ipm̄ extra poꝛtā
fuerit egreſſus. Qd̄ aūt de templo dicit̄ ꝙ
locus nō ſanctificat hoīem ſed homo locū
dignius eſt ergo templū ī quo dignioꝛ eſt
oꝑatio ⁊ ī quo ē dignioꝛis habitatō. Si ī
oꝛatoꝛio beatiſſime virginis fuit digniſſi=
ma habitatio ī quo digniſſima ⁊ ſctiſſima
oīm creaturaꝝ habitauit quā ipē deus ſā
ctificauit. ⁊ quā ipſe ſctūs ſanctoꝝ nūq̄ꝫ re
liquit· quā angeloꝝ multitudo freq̄ntauit
Exercebat̄ aūt ibi nobiliſſima oꝑatio vide
licet nobiliſſime ⁊ ſciſſime oꝛatōis ⁊ con=
templationis deuotiſſima ⁊ humilima ob
latio. Dignius ḡ fuit hoc oꝛatoꝛiū illo tē=
plo iudaico ī quo fiebat thauroꝝ ⁊ vitulo
rū mactatō· Thuris materiat̄ fumoſa ac=
cēſio. fiebat ḡ iſta annūciatio ī loco digniſ
ſimo. Silr ⁊ incarnatō fiebat in tēplo ſāc
tiſſimo· qꝛ ſicut dicit btūs Bern. nō fuit in
terris locus dignioꝛ btiſſime ꝟginis vte=
ro. qui vt dicit btūs Aug. fuit thꝛonus dei
thalamus regis celi· tabernaculū xp̄i· Ta
bernaculū vtiq̄ꝫ illud quo xp̄s exiſtēs pō=
tifex futuroꝝ bonoꝝ ꝑamplius ⁊ ꝑfectius
introiuit ſemel ī ſcā eterna redemptōe in=
uēta. Eſt ⁊ alia rō ꝙ dñs voluit in ciuita=
te concipi. Dñs eñ qñ de celo deſcēdit nō
ſine celis nec ſine celoꝝ regno fuit. ſed ce=
los celoꝝ imo et regnū celoꝝ ſecum tulit.
hoc eñ lucifer nō fecit. qꝛ ſicut fulgur d̄ ce
lo cecidit. nā deſcendit ⁊ totū celū ibi reli=
quit· ignē ſuū tm̄modo ſecū deferens quo
cūq̄ꝫ vadit· dñs aūt id qd̄ fuit ꝑmāſit ⁊ ad
matrē veniēs de paternis bonis expulſus
nō fuit· vñ nūq̄ꝫ celoꝝ regnū deſeruit. Sꝫ
qñ in vtero matris fuit ipa virgo ſibi celo
rū regnū fuit· De hac ḡ ciuitate gl'oſa di=
cta. qꝛ omnia que ad ꝑfectiōem ciuitatis oꝛ
dinantur in beatiſſima virgine excellenter
inueniri ⁊ de ea p̄dicari poſſunt. Fuit eñ
fundata ſuper humilitatem. murata ꝑ ca=
ſtitatem· turrita per caritateꝫ· ditata ꝑ pau
pertatem. cuſtodita ꝑ diſcretiōeꝫ· libera im
munitate peccatoꝛū pacificata. victoꝛia tē
ptationis oꝛnata. diuino munere ꝑ elegā
tiam moꝛum edificata in refugiū pctōꝛuꝫ.
ꝟtutū vniuerſitāte ꝑplōſa ⁊ oīm aquaꝝ. i·
gratiaruꝫ fluminibus irrigua abundās in

multitudine miſerationũ in alto ſita ꝑ excellentiam priuilegiorum.

Oſt hoc querit̃ de regiõe in q̃ annũciatus fuit. Et dicit euãgelium ꝙ i galilea. Sed ꝯtra. Xp̃s iudeis ꝓmiſſus fuit ⁊ exhibitus. ergo i terra eorũ cõcipi debuit. Jtẽ i iudea natus. paſſus ⁊ ſepultus fuit. ergo ⁊ i iudea nũciari debuit. Jtẽ ipſe dicit nõ ſuz miſſus niſi ad oues domus iſrl̃ que ꝑierunt. ſi ḡ eis tm̃ miſſus fuit inter eos ꝯcipi debuit. Jtẽ ſalus ex iudeis ⁊ nõ ex gẽtibus. Q̃ ſi dicit̃ ꝙ ꝓpter hoc dñs i galilea natus fuit: qꝛ ꝓph̃a hoc p̄dixit ꝑp̄ls gentiũ ⁊c̃. hoc nihil videt̃ eſſe cuz nõ ꝓpter hoc impleta ſit ꝓphetia qm̃ ſic p̄dixit. Sed iõ ꝓphetia p̄dixit. qm̃ ſicut futuꝝ fuit. Unde vbicũqꝫ ſic dicit̃. Hoc aũt factum eſt vt ſcriptura impleretur. ſenſus eſt. Et ſic ſcriptura impleta eſt.

Solutõ p̄dicti dubij d̃ annũciatõis loco.

Jcimus ꝙ annunciatio ⁊ conceptio dominica fieri debuit in galilea etiaz ꝓpter factũ quod fiebat ⁊ ꝓpter finẽ ratõe cuius fiebat. dñs em̃ incarnatus fuit vt iudeos ⁊ gẽtiles ſaluaret. ⁊ ꝓpterea in regione que ab vtriſqꝫ inhabitabat̃ conceptio ⁊ annũciatio fieri debuit. Q̃d aũt ab vtriſqꝫ inhabitabat̃ patet ꝑ ꝓphetã dicentez. trãs iordanẽ galilee gentiũ. ⁊ ꝑ euãgeliſtã dicẽtẽ. Aſcẽdit autẽ ioſeph a galilea a ciuitate nazareth i iudeã. ⁊ ſic i regiõe cõi ꝯcipi voluit qui ꝓ omnibus naſci voluit. nõ em̃ iudeoꝝ deus eſt tm̃ ſed etiã gentiũ. Jtem regio illa ſuo nomĩe ꝓprietatẽ incarnatõnis manifeſtiſſime expꝛeſſit. Galilea em̃ interp̄tatur reuelatõ ſiue tranſmigratio. Jn hac autẽ annũciatione fiebat ſummi ſecretõꝝ reuelatio qñ verbũ quod erat in principio apud deum ⁊ lucẽ inhabitat inacceſſibilẽ quã nemo vnq̃ꝫ vidit. verbũ hoc inquã caro factũ eſt ⁊ vidit om̃is caro ſalutare dei. ꝙ libꝝ legis ⁊ ꝓphetarũ aperuit. ⁊ omnia eius ſignacula ſoluit. et oĩa q̃cũqꝫ a patre audiuit nobis nota fecit. Simili modo fiebat hec trãſmigratõ maxima de ignorantia in ſciãm. de culpa ĩ gratiã. de vmbra in veritatẽ. de ſeruitute in libertatẽ. de timore ĩ amorẽ. de grauitate ĩ leuitatẽ. de auſteritate ĩ benignitatẽ. de hũanitate ĩ diuinitatẽ. q̃ trãſmigratõ maxima fuit. qꝛ ĩ ea principiũ ad vltimũ ĩ vnã ꝑſonã trãſmigrauit

Q̃d aũt obijcit̃ ꝙ iudeis ſolis ꝓmiſſus fuit. dicimus ꝙ hoc falſum eſt. qm̃ ⁊ gẽtibus ſicut patet ꝑ om̃s ꝓphetas ſcribẽtes de vocatõe gentiũ. Concedimus tamen ꝙ ſolis iudeis ꝓmiſſus fuerit chriſtus vt de eorum ſemine naſceretur. ⁊ ꝙ eis ſolis ſolutũ ſit. Et ſic originaliter ſalus ex iudeis venit. ſed tamen nõ ꝓpter eos ſolos venit.

Oſt hoc queritur. in qua ciuitate chriſtus annũciari debuit. Et videtur ꝙ nõ debuit eſſe Nazareth. Dauid em̃ dictum eſt. De fructu ventris tui ponam ſuꝑ ſedem tuam. ergo videtur ꝙ potius in ciuitate dauid concipi debuit q̃ꝫ in nazareth. Jtem hoc videtur ꝑ micheam qui dicit. Et tu bethleẽ effrata. Jtẽ videtur per alium. O iudea ⁊ hieruſalem ⁊c̃. ergo videtur ꝙ iſta annũciatio debuit fieri in hieruſalẽ. Jtẽ Johãnis. i. A nazareth poteſt aliquid eẽ. quaſi di. bonũ qd̃ expectamus nõ venit a nazareth ſed d̃ bethleem ergo ⁊c̃. Jtẽ nulla ꝓphetia videt̃ habere ꝙ dñs concipiat̃ in nazareth ſi cõcedatur. Contra. Egredietur virga de radice ieſſe ⁊c̃. ergo videtur ꝓphetatum eſſe ꝙ dñs in nazareth concipi debuerit. Jtem poſtq̃ꝫ dixerat nathanael a nazareth poteſt ⁊c̃. dñs quaſi approbando ⁊ cõmendãdo dictũ ſuũ ait. Ecce vere iſrahelita. ergo videt̃ intellexiſſe ꝙ eſſet ꝓphetia de domino incarnando in nazareth.

Reſponſio ad queſtionem.

Vper id quod dictum eſt quare ĩ galilea. et q̃re in ciuitate concipi voluerit dñs ꝙ etiã hoc nomen nazareth congruebat. ⁊ ꝙ in galilea eſſe debebat. Sicut em̃ diuine generationi ita et humane generatio floꝝ de flore aſſimilat̃. Flos em̃ pullulat de vno germine ĩ decore ⁊ odore cũ ſpe vtilitatis ĩ fructu. ſilr̃ filius ſm̃ diuinã generatõem ꝓcedit de vno qui ẽ in celis ſine matre. ⁊ ſm̃ humanã generatiõez de vna ĩ terris ſine patre. bene ḡ in nazareth conceptus fuit. qꝛ ſicut flos d̃ flore ſine virili cõmixtõe de ſua matre ſaluo ꝟginitatis decore ⁊ matris vtilitate ꝓceſſit. Unde bernardus. Semiña diuine generatõis eẽ videt̃ allocutões ⁊ ꝓmiſſiões facte ad prẽs. Floruit ergo hoc ſemẽ mirabilib⁹ q̃ ſunt oſtenſa in exitu iſrl̃ de egipto. Cõceptõ aũt iſta huius ſeminis ⁊ hoꝝ floꝝ fructus ẽ ieſus

incarnat⁹ i nazareth ḡ annūciaṫ xp̄s naſci
turus· qꝛ in flore ſpūaliter ſperaṫ fruct⁹ ꝓ//
ceſſur⁹. Nomē ḡ ciuitatis i qua ↄcipiṫ exp
mit ⁊ ſtatū tꝑis ⁊ finē oꝑis ad quez venit.
Cum em̄ xp̄s in nazareth cōcipiṫ hyems
tranſijt tempus innouatōis aduenit. fru//
ctus appropinquauit. omnibus ſemē exhi
buit. medicinā confecit· ſenſuz refecit. coro
nādus pauꝑibus venit. He ḡ ſunt ꝓprie//
tates floꝝ ꝓpter quas ↄgruebat xp̄m i na
zareth ↄcipi. Qđ aūt obijciṫ de bethleē di
cimus ꝙ ē intelligēdū de natiuitate xp̄i ex
vtero ⁊ nō in vtero· Qđ obijciṫ ꝙ ſedere de
buit ſuꝑ ſedē dauid dicim⁹ ꝙ ille auctes lo
quunṫ de mō obtinēdi regnū dauid ſpūa//
le ſm̄ ius ⁊ actū. ⁊ vtrūq₃ actū fuit i iudea
⁊ hierl'm qꝛ ibi paſſus eſt dn̄s. Et ſic ꝑ ius
redemptōis regnū obtinuit et accepit ſuꝑ
eos ꝓ qbus paſſus fuit ꝑtātē ibidē ⁊ reſur
rexit ⁊ tūc actualiter ī throno glorie ſedit·

p Oſt hoc queriṫ de hoc qđ dicit ad
ꝟginē. Et videṫ ꝙ poti⁹ debuit di
cere ad mulierē hac rōne· ꝑ idē ge//
nus debuit eſſe liberatō per quod intrauit
damnatio· vt ſicut ꝑ hominē mors ita per
hominē vita. ⁊ ſicut ꝑ feminaz ꝑditio ſic ꝑ
feminā ſaluatō. ſed eua licet virgo fuerit ꝑ
totū tamē appellaṫ mulier vbi agiṫ de ꝑdi
tōe noſtra. ḡ btiſſima ꝟgo debuit appella//
ri mulier vbi agiṫ de noſtra liberatōe· Itez
vbicūq₃ figuraṫ iſta cōceptō que hic annū
ciabaṫ figuraṫ ſub rōe mulieris ⁊ nō virgi
nis ergo cū figura debeat rn̄dere figurato
⁊ ecōuerſo hic vbi annūciaṫ iſta ↄceptō de
beret deſcribi ſub noīe mlieris. maior ⁊ mi
nor patent diuerſimode in multis locis ꝓ
uerbioꝝ· Mulierē fortē quis inueniet ⁊c̄
Illa fortis mulier eſt beatiſſima virgo que
vltimos fines ſcʒ deitatē ⁊ humanitatez in
vnam ꝑſonam coniunxit gignendo ſapi//
entiā que attingit a fine deitatis vſq₃ ad fi
nē humanitatis fortiter· Itē Luce. Intra
uit ieſus ī quoddā caſtellū ⁊ mulier quedā
⁊c̄. Cōſtat ꝙ illa que ſuſcepit dn̄m fuit be
atiſſima virgo. Itē bn̄dicta tu inter mulie
res. Iohelis diciṫ ī figura dn̄e noſtre. Itē
heſter. Et dilexit eā rex ſuꝑ omnes mulie//
res· Itē in euangelio· Mulier miſcuit tria
ſata. Illa mulier fuit btiſſima virgo q̄ mi//
ſcuit tria ſata. i· deitatē· animā ⁊ corpus· et
fermentū fuit virginis fides· vt dicit btūs
Bernhardus· Et ſic manifeſtū eſt ī omni//
bus figuris iſtius cōceptionis ꝙ dn̄a no//
ſtra deſcribiṫ ſub nomine mulieris· ergo et
hic mulier debet noīari· Itē dn̄s in euan//
gelio frequēter appellat eā mulierē et om//
nis ſua actio noſtra ē inſtructō. ḡ ⁊ euāge//
liſta debet eā appellare mulierē. Itē in hac
annūciatione impleṫ ꝓphetia de incarna
tione filij dei ſed illa ꝓphetaṫ exꝓſſiſſime ꝑ
hieremiā. Mulier inquit circūdabit virū.
Si ergo ibi ꝓphetaṫ ſub nomīe mulieris
ergo ⁊ hic debuit mulier noīari. Itē om̄es
alie natiuitatū annūciatōes fiebant vl' ad
viros tm̄ vt zacharie· vel ad mulieres ⁊ ad
viros. vt in yſaac ⁊ in ſamſone. ergo cū to
ta rota ſit in medio rote· i· nouū teſtamen//
tum in veteri teſtamēto nulla annūciatio
fieri debuit ad virginem·

Tē videṫ ꝙ annūciatō hic fieri de
buit ad virū· vnde ap'lus. Caput
mulieris ē vir. vnde a capite deſcē
dit ſenſus ⁊ illumīatō ad corpus ⁊ nō ecō
uerſo· ergo videṫ ꝙ a viro qui eſt caput de
beat deſcendere reuelatio ad mulierē. Itez
dicit ap'lus. Mulieres ī eccleſijs taceant.
ſed domi interrogāt viros ſuos. ergo reue
latio debet innoteſci mulieribus per viros
Item poſt natiuitatē filij dei ſic factū fuit
qn̄ angelus apparuit Ioſeph ī ſomnis di
cēs· Tolle pueꝝ ⁊ matrē eius ⁊c̄· vbi reue//
latō fuge videṫ a Ioſeph ad dominā ꝑue
nire· ſi hoc poſt natiuitatez filij dei qn̄ ipſa
digniſſima fuit ergo potius an̄. Itē queri
tur. Cū iſta ſit virgo ſingularis inter om//
nes ⁊ multis priuilegijs dotata quare nō
addatur nota ſingularitatis vt dicatur ad
virginem quandam.

D hoc notanduz ꝙ initiū peccati
a eſt a muliere in ratione mulieris·
Eua em̄ inq̄ztum virgo nō ꝑdidit
nos· ſed inquantū coniūcta fuit viro cum
q̄ copulata generauit· qꝛ ſicut dicit Aug⁹.
peccatū originale inq̄ztum tale naſcitur ex
concupiſcentie vulnere que connexa ē cō//
mixtioni ſeminū· cui vulneri ſubiacere nō
debuit. qui vt vulnus curaret venit· prete//
rea generatō tꝑalis ē imago generatōnis
eterne· Unde ſicut eterna eſt de vno manē
te incorrupto ⁊ indiuiſo ita generatō tēꝑa
lis debuit eſſe de vna incorrupta hoc eſt de
virgine· Et ſic patet ꝙ origini ꝑditōis cō
gruebat rō mulieris· ⁊ origini ſaluatōnis
ratio virginis. Qđ aūt obijciṫ ꝙ om̄es fi//
gure fiebāt ſub ratiōe ⁊ nomine mulieris·
⁊ om̄es annūciatōes ad viros ⁊ mulieres

factas ⁊ nō ad virginē. Dicendū eſt ꝙ fi=
gure ⁊ ꝓphetie ſemiplenā lucē cōtinentes
omnes deficiūt ab ipſa luce. Vn̄ nulla fi=
gura in facto plene potuit exprimere iſtaꝫ
annūciatōem ad virginē. qꝛ nulla alia vir
go ꝯceptura vnq̄ꝫ fuit ⁊ vſq̄ꝫ ad ꝟginē hāc
maledicta ⁊ opprobrioſa virginitas fuit.
Hec aūt virgo opprobriū ꝟginitatis ab=
ſtulit. ⁊ virginitatē conſecrauit. vn̄ ipſa ini
tiū btitudinis virginitatis fuit. ⁊ ſic ē ꝟgo
virginū q̄ ſine p̄cepto ⁊ ſine ꝯſilio. ſine exē
plo gl'oſum munus virginitatis deo ob=
tulit. ꝑ quod ꝑ imitatōem om̄es virgines
deo virgo generauit. & quicq̄d ante eā vti
litatis vel dignitatis femīs attribui potu
it hoc ſub rōe mulieris ⁊ nō ꝟginis fieri de
buit vt bn̄dictō virginitatis benedictiſſime
virgini tanq̄ꝫ virginitatis matri ꝓ priuile
gio ſibi ꝓprio ſeruaret. Prophetie autē q̄
de ip̄a ꝑſona beatiſſime ꝟginis loquūtur
i excellentiſſimis ꝓphetijs ip̄aꝫ appellant
mō virginē modo mulierē. virginē Yſaias.
Ecce virgo ꝯcipiet. mulierē Hieremias.
Mulier circūdabit viꝝ. ad ſignandū vide
licet ꝙ mater dei habitura fuerat ⁊ virgini
tatis integritatē et mulieris fecunditateꝫ.
Itē qꝛ virgo futura fuit que mulieris pec
catū aboleuit. ⁊ ſic ꝙ iſta virgo inter om̄es
ꝟgines ſingularis fuit. vtputa nec primā
habens ſimilē nec ſequentē. ideo ſub nota
ſingularitatis q̄n̄q̄ꝫ figurat̄ vt quoddā ca
ſtellū ⁊c̄. ⁊ quedā mulier ⁊c̄. ſed qꝛ ipſa ve=
re ſola virginitateꝫ i ſummo habuit vt īfra
patebit. ideo virgo ſine additōe anthoma
tice noīat̄. Fuit em̄ hec virgo cauſa ⁊ prin
cipiū oīm alioꝝ ſanctoꝝ ſumma virginita
tis puritate. pc̄ti immunitate. peccādi im=
poſſibilitate. virginitatē habēs cū fecundi
tate. mater ſanctiſſimi homīs. mater crea=
toris. mater dei ⁊ corꝑalis hominis. mater
oīm hoīm ſpūalis. mater machine mūdia
lis. mater angelice reſtitutōis. Qd̄ aūt ob
ijcit̄ ꝙ iſta annūciatio debebat fieri medi
ante viro. Reſpōdemus ꝙ ad eundē ꝑti=
net annūciatō ad quē et generatio. vnde il
li quoꝝ generatio fuit ex ꝯmixtione viri et
mulieris illoꝝ annūciatio fieri debuit ad
viros ⁊ ad mulieres. Illius autē annunci
atio debuit eſſe ad ſolam virginē. qui ſolꝰ
natus ē de ſola virgine. nec Joſeph caput
fuit beatiſſime virginis maxime q̄ꝫtum ad
iſtam conceptōem que nō ab ipſo in ipſaꝫ
ſed tota a ſpū ſancto venit i ipſaꝫ. Qd̄ au
teꝫ poſt natiuitatē filij angelus ioſeph fu
gam nunciauit. miſteriū eſt ꝙ ante natiui
tatē ⁊ conceptionē nihil ad Joſeph de illo
filio ꝑtinebat. ſed poſt natiuitatē beatiſſi=
me virgini et pauꝑi filio dei vnius ſaltē ſer
ui oꝑa opus erat. Mittit̄ ergo angelꝰ Jo
ſeph iniuncturus ei ſeruitiū quod facturꝰ
erat. ⁊ qꝛ facilis erat fidei et ꝓmpte obediē
tie leui illuminatōe. vtpute in ſomnis in=
diguit quaꝫ ab angelo accepit vt ſciret q̄d
faceret non vt faciendū beatiſſime virgini
intimaret. que priuſq̄ꝫ ipſe ſciebat quicq̄d
ad eius beatitudinē vel oꝑandi neceſſita=
tem ꝑtinebat nec ad hoc aliquo indigebat
internūcio vel hoīe vel angelo. qꝛ illū ha=
bebat i gremio qui ē doctor ⁊ mgr̄ in celo.

Oſt hoc querit̄ in quo actu beatiſ
ſima ꝟgo fuerit. qn̄ angelus ei an
nūciauit. hoc eſt vtꝝ fuerit in actu
cōtemplationis vel oꝑatōnis. Et videtur
ꝙ in actu cōtemplatōis. Dicit em̄ yſaias.
In ſilentio et ſpe erit fortitudo veſtra. ſed
dn̄a noſtra maxime indigebat fidei fortitu
dine. ergo debuit eſſe in ſilētio ⁊ ſpe. ⁊ hoc
eſt eſſe in contemplatōe. ergo fuit in contē
platione. Itē ducā te in ſolitudinē. ⁊ loq̄r
ibi tecū. ꝑ hoc tangit̄ ſtatus contemplatio
nis. ergo illi ad quos fit locutō dn̄i debent
eſſe in ſtatu contemplationis. Item ſede=
bit ſolitarius et tacebit. ⁊ leuabit ſe ſuꝑ ſe.
Ex hoc ſic arguimus. Mouens non quo
cunq̄ꝫ modo ſe habens mouet neq̄ꝫ mobi
le quocunq̄ꝫ mō ſe habēs mouet̄. qꝛ opor
tet vtriuſq̄ꝫ eſſe appriatōꝫ. ſed dn̄s apppi
q̄uit beatiſſime virgini deſcēdendo. ḡ ipſa
obuiare debuit aſcēdendo. ergo debebat ſic
leuare ſe ſupra ſe. et hoc ꝑ contemplatōeꝫ
ergo debuit eſſe in contemplatione. Item
phus. vij. phiſicoꝝ. Anima ſedendo ⁊ qui
eſcēdo fit prudens. ſed beatiſſima ꝟgo de=
bebat hic fieri virgo prudētiſſima. vtputa
mater ipſius ſapientie. ergo ꝯgruebat ei ſe
dere et quieſcere. ⁊ hoc eſt eſſe in contēpla=
tione. Itē nobiliſſima oꝑatio congruebat
nobiliſſimo ſtatui. ſed hec fuit nobiliſſima
oꝑatio. ſ. conceptio filij dei. ergo fieri debu
it in nobiliſſimo ſtatu. ergo in contempla
tione. Itē ſi ſubſtantia ſuꝑ ſubſtantiā ⁊ po
tentia ſuꝑ potentiā et actus ſuꝑ actū. Sꝫ
in hac annunciatōe beatiſſima virgo i ſub
ſtātia eleuabat̄ ad ſummā ꝓpinquitatē cū
deo. niſi em̄ deꝰ fieret nō potuit altiꝰ eleuari
q̄ꝫ ꝙ eſſet mater dei. ergo ſi ſuba eleuabat̄

ad ſummū.tunc potētia et oꝑatio debue⸗
runt eleuari ī ſummū.ergo ipſa debuit eſſe
in altiſſimo ſtatu cōtemplatōis. Jtē dan⸗
tis et recipientis debet eſſe adinuicē ꝯuer
ſio.anima autē duas facies habet ſm ra⸗
tionē.portionē ſuꝑiorem ⁊ inferiorē. Infe
riorē que temporalibus ꝑtractandis intē
dit. Suꝑiorem vero que eternis conſulen
dis inhereat. ergo ſi dei ⁊ beatiſſime virgi
nis tanꝗ dantis ⁊ recipiētis debet eſſe ad
inuicem conuerſio. neceſſe eſt vt ſcd̄m illā
partē operet̄ ſm quā ad deum conuertit̄.
ergo fuit in contemplatione.

Ontra in canticis dicit̄. Cum eſſet
rex in accubitu ſuo nardus mea de
dit odorē ſuū. Nardus ſignat hu
militatē. ergo videt̄ ꝙ humilitas fuerit di
ſpoſitio p̄paratoria beatiſſime virgini ad
deum concipiendū. Hoc etiā dicit Aug⁹.
ꝙ humilitas nobis deum genuit. humili⸗
tas autē ſemꝑ eſt in deſcendendo. ſemꝑ eīn
recumbit in nouiſſimo loco. deſcēſus autē
eſt in actione. ⁊ aſcenſus in contemplatio
ne.ergo beatiſſima virgo eſſe debuit ī acti⸗
one. Jtē qui ſe humiliat exaltabit̄.hec pro
portio eſt ꝑ ſe.ergo ⁊ qn̄ maxima eſt ī actu
exaltatio.tunc ⁊ maxima debet eſſe humili
atio in actu.ſed in hac anūūciatione bea⸗
tiſſima virgo maxime exaltata fuit in actu
ergo ⁊ maxime nūc humiliari debuit actu
humiliatio autē in deſcēdendo eſt. ⁊ contē
platio ī aſcendendo. ergo nō fuit in contē
platione ſed in actione. Jtem Gen̄. Loqr
ad dn̄m meū cum ſim cinis ⁊ puluis.ergo
pulueriȝatio ⁊ incineratio qua ſe annihi⸗
lat ⁊ humiliat homo deo.ē p̄paratio vt ho
mo loquat̄ cum deo ⁊ deus cū ipſo. ſed hic
deus familiariſſime locutus fuit beatiſſi⸗
me virgini. ergo hic maxime debuit incar
nari ⁊ humiliari. Jtē abſcōdiſti hec a pru
dentibus ⁊ ſapientibus ⁊ reuelaſti ea par⸗
uulis.ergo qui deſiderat reuelatōem opor
tet ꝙ ſe paruulū reputet ꝑ humiliatiōem.
Jtē humilibus dat gratiā hoc eſt ꝑ ſe. er⸗
go magis humili dat̄ maior gratia. ergo
ſumma grā actu dat̄ ſumme humili actu ſꝫ
hic dabat̄ beatiſſime ꝟgini ſumma gratia
actu.ergo ſumme fuit humilis actu. Hu⸗
militas autē eſt in deſcendēdo.ſed contem
platio in aſcendēdo. ergo nō debuit eſſe ī
actu cōtēplationis qui eſt ī ſurſum. ſed ī
actu humiliatōis qui eſt deorſum. Si cō
cedat̄. Contra.vidit Jacob ſcalā ⁊c. Glo.

dicit. Jlli diuina conſpiciūt qui ab appe⸗
titu tꝑalium oculos claudūt. ſed beatiſſi⸗
ma virgo hic deiformiſſimū aſpectum ha
buit.ergo maxime oculos a tꝑalib⁹ clauſit
ergo cōtemplatiōi ⁊ non actioni vacabat.

Oncedimus ꝙ beatiſſima virgo ī
actu contemplatōis fuit quādo ei
iſta annunciatio venit. Qd̄ autē
querit̄ ꝑ quem actū ad iſtā gratiam maxi
me preparetur. Dicimus ꝙ beata virgo
in hac annūciatione ī ſummo pure creatu
re eleuabat̄ cauſaliter in ſummā poteſtatē
qꝛ deum genuit. in ſummam dignitatem.ꝑ
hoc ꝙ totius creature ꝑ recreationē mater
effecta fuit.in ſummā caritatē. qꝛ deo per
hoc ſumme omni ꝓpinquitate ꝓpinquiſ⸗
ſima fuit. vtputa que ipſius filia.mater et
ſponſa fuit. Ad poteſtatē fides eleuabat
eam iuxta illud. Omnia poſſibilia ſunt cre
denti. Ad dignitatē eleuabat humilitas.
iuxta illud. Omnis qui ſe humiliat exalta
bitur. Ad caritatē eleuabat caritas. iuxta
illud. Ego diligentes me diligo. Jtē ele⸗
uabat̄ ad ſummā familiaritatem. et illam
faciebat caſtitas.iuxta illud. Jncorruptio
facit proximū deo.

D obiecta reſpondemus ꝙ aſcen
ſioni ꝑ contemplatōem nō contra
riat̄ deſcenſus ꝑ humiliatiōem. de
ſcendere eīn ad oꝑa actionis ꝓpter deū ē
aſcendere ꝑ humilitatē ad deū. Et hec mu
tuo ſe conſequunt̄. qꝛ quāto magis anima
eleuat̄ in cognitione dei. tanto magis de
ſcendit ad humiliatōem ſui. Un̄ frequen⸗
ter legit̄ in ꝓphetis. ꝙ quādo diuina ꝯſpi
ciunt in terrā cadunt ⁊ econuerſo.quanto
magis quis deſcendit ad humiliatōem ſui
tanto plus aſcendit ad cognitōem dei. Un
de in libro Numeri dicit̄. Homo cui⁹ ob⸗
ſcuratus eſt oculus qui cadit ſcꝫ ꝑ humi⸗
liatōem ſui. ⁊ ſic aperiunt̄ oculi eius ꝑ dei
cognitōem. Et in euangelio. Reuelaſti ea
paruulis.i.humilibus. qꝛ vbi eſt humili⸗
tas ibi eſt ſapientia Et apl̄us. Qui vult ſa
piens eſſe fiat ſtultus vt ſit ſapiens. Et dy
oniſi⁹. Tenebre occultant̄ a lumine ⁊ ma⸗
gis a multo lumine. Et ſic patet ꝙ deſcē⸗
ſus ꝑ humiliationē nō impedit aſcenſū ꝑ
contemplationē. Unde inter virtutes p̄⸗
parātes beatiſſimā virginē ad iſtā cōcepti
onem.fides p̄parabat rationalē potentiā.
humilitas iraſcitiuā ſiue ardui appetiti⸗
uam.caritas effectiuā.virginitas autē ex

parte corpis pparabat virtutē generatiuā
⁊ ſic tota eleuabat̃ que tota replebat̃· tota
gratificabat̃ ⁊ tota glorificabat̃. Si autē
querit̃ vtrum iſtis motibus ſimul moue-
batur. Dicimus q̄ nō· ſed alie virtutes p̄-
parabāt ſuas potētias eleuādo habituali
ter. ſed caritas tanq̄ forma aliaꝝ ⁊ vincu-
lum pfectiōis ex pte beatiſſime virginis fe
cit coniunctionē actualiter. Vñ caritas fu
it complementū ex pte ſuſcipientis. ſicut ⁊
complementū vltimū ex pte dantis et mo
uētis ad dandū ⁊ mouēdū. Ipa em̄ vt di
cit Hugo de ſcō victore deū captiuatum ⁊
ligatum de celo duxit in hunc mundum·

Oſt hoc queritur de hoc quod di-
cit deſponſata. Videt̃ em̄ q̄ bea-
atiſſima virgo nō potuit legittime
deſponſari· Ipſa em̄ habuit cōtinētie vo-
tum qd̓ obligabat eā ad continendū. ſpon
ſalia aūt obligant ad matrimoniū· ⁊ ma-
trimoniū tpe debito ad ſoluendū debitū
ergo ſi obligabat ſe ad ſponſalia venit cō-
tra votū ſuum. ⁊ ſic obligata fuiſſet ad op
poſita. Itē aut conſenſit in carnalē copu-
lā aut nō· ſi ſic· ergo primā fidē irritā fecit·
q̄r talibus nō tm̄ nubere ſed etiā velle con
demnabile eſt. Si nō conſenſit ergo matri
monium nullū fuit· Itē conditō adiecta q̄
eſt contra ſubſtantiā matrimonij impedit
matrimoniū· verbigr̄tia· Cōtraho tecū vt
pcures mihi venenū ſterilitatis. hoc nō eſ
ſet matrimoniū. q̄r pcuratio ſterilitatis eſt
cōtra ſubam matrimonij. q̄r interimit bo-
nū plis· ḡ eſt cōtra ſubam matrimonij er-
go impedit matrimoniū. A ſimili· ſi dicā. cō-
trahā tecum vt me nullo mō cognoſcas nō
videt̃ eſſe matrimoniū. ita nec videtur eſſe
matrimoniū cui cōditio ꝯtinentie ē adie-
cta· ḡ videt̃ q̄ iſta deſponſatō nulla fuit q̄r
nō potuit ſequi matrimoniū· Si cōcedat̃
Cōtra ſunt iura cōtinentie· ⁊ Aug. q̄ dicit
q̄ matrimoniū nō facit copula ſed pactio
ꝯiugalis· ⁊ q̄ ſanctiora ſunt cōiugia pari
voto cōtinentie· ⁊ multa ſilīa. Itē videt̃ q̄
ſi etiā eſſe potuerit nō tñ congrueret beatiſ
ſimā virginē deſpōſari· Spūſſcūs effugi-
et diſcipline fictum· ergo ī iſta ſumma ſan
cti ſpūs opatione nulla debuit eſſe fictio·
ergo beata virgo p nupta ſe gerere nō de-
buit q̄ virgo innupta nō fuit. Item matri
moniū inſtitutū fuit primo in officiū cā p
lis. ſcdo in remediū cā fornicatōis vitāde.
vt dicit aplus· Vnuſq̄ſq; ſuā vxorē habe-
at ppter fornicatōem· Sed ppter neutraꝫ
iſtaruꝫ congruebat eſſe in beata virgine· ḡ
videt̃ q̄ inutil' fuerit illa deſponſatio.

D hoc dicim⁹ q̄ iſta deſponſatio
vtilis fuit ⁊ poſſibilis. poſſi[illegible]
licet beatiſſima virgo haberet vo-
tū continentie firmū. tñ poterat conſenti-
re in materialē ſocietatē factā cum diuina
inſpiratiōe· vti q̄ vterq; vellet v̓go pmane
re. Et ſic cōſenſit in ſocietatē materialeꝫ. et
nō in copulā carnalē abſolute· Qd̓ tamen
videt̃ dicere Aug· q̄ cōſenſit in carnalē co
pulā nō eſt intelligendū abſolute ſed ſic. ſi
deus vellet· Qd̓ aūt obijcit̃ q̄ iura dicunt
de cōditioue adiecta ꝯtra ſubaꝫ matrimo
nij. intelligendū eſt de cōditione inutili. il
licita ⁊ inhoneſta. Cōditio aūt vtilis lici-
ta ⁊ honeſta nō impedit matrimoniū. vñ
nō eſt ſile. votū continētie ⁊ pcuratō ſterili
tatis ⁊ ſilīa· cum etiā coniuges poſt copu
lā carnalē pñt votū continētie emittere. et
ſi emiſerint tenent̃ obſeruare· Et ſic iſta de
ſpōſatio ē poſſibilis, ⁊ vtilis. Fuit aūt vti-
lis ad multa· Primo vt matrimoniū bo-
nū eſſe oſtendat̃. ſcda vt dña omniū bono
rum ⁊ mater nullo bono priuaret̃· tercō vt
hoſtis fallat̃· quarto vt teſtis caſtitatis ei⁹
haberet̃· quinto vt origo dñe deſcribat̃. q̄a
nō conſueuit ſcriptura feminas geneolo-
gizare. ſexto vt ab infamia ſeruetur. ſepti-
mo vt pena caueatur. octauo vt perſecutō
a chriſto tollatur· nono vt filius pcuretur.
decimo vt dñe ſeruiatur. vndecimo vt ſpi
rituale matrimoniū ſignificetur. duodeci
mo vt parentes ſpūales oſtendant̃. trede-
cimo vt humilitas virginitati ꝯiungetur.
decimoquarto vt occaſio incurie fame vir
ginibus tollatur· decimoquinto vt filij ſui
humilitas ⁊ caritas oſtendat̃ qui poti⁹ vo
luit fabri filius reputari q̄ꝫ matrē infama-
ri. decimoſexto vt matris dignitas humi-
litati ſocietur vt quanto maior ſit in omni
bus tanto fiat humilior. vt ſit mater dei et
vxor fabri. Quod autē obijcit̃ de ſimulati
one. dicendū q̄ duplex eſt ſimulatio. ſ. de
ceptionis vt in ypocritis· ⁊ ſimulatio hu-
militatis ſiue humiliationis qua quis nō
ſolum vult manſuetus vel etiam humilis
reputari. ſed etiam vilis predicari. primaꝫ
ſimulationeꝫ effugit ſpirituſſanctus· ſecū
dam inhabitat· Vnde yſaias. Sup queꝫ
requieſcat ſpiritus meus niſi ſuper humi
lem ⁊ manſuetuꝫ corde. Quod etiā obijcit̃

ꝙ matrimoniũ debet eſſe cauſa ꝓlis vel cau
ſa vitande fornicationis· dicimus ꝙ hoc
intelligendũ eſt de matrimonio ꝑ carnalē
copulã cõſummato· Iſtius autē matrimo
nij fuerunt cauſe que iam dicte ſunt·

Oſt hoc queritur de etate. in qua fu
it quãdo ↄtraxit cũ Ioſeph· et qñ
cõcepit dñm. Videtur primo ꝙ ad
minus fuerit·xij.annoꝝ· Hec eſt enĩ legit=
tima etas ad matrimoniũ ↄtrahendũ· oĩa
aũt facta ſunt rite circa illud matrimoniũ
a ſpũ ſancto ordiatuꝫ· ergo etas legitima
eſt ſeruata. Itē cũ mirabilia ſint q̃ deo im
mediate oꝑante fiunt. quãto aliq̃d mirabi
lius tãto laudabilius alijs paribꝰ· ſed vite
ꝑfectõ ⁊ virtutũ cõſummatõ mirabilior eſt
ĩ iuuene q̃ꝫ in ſene. ⁊ quãto mirabilior tan
to laudabilior· ergo vbi erat laudabiliſſi=
ma ibi erit mirabiliſſima · Sed ꝑfectio eſt
mirabilior ĩ iuuene quãto ꝑſona ē iunior
ḡ btiſſima virgo infima etate qua huiꝰ gra
tie capax fuit deũ ſuſcepit· Itē q̃nto minꝰ
eſt debitũ aliquod tanto plus ē gratũ· ſed
minus debita ē ꝑfectio ĩ iuuene q̃ꝫ in ſene
ḡ gratior eſt in iuuene q̃ꝫ ĩ ſene. ſed ĩ btiſſi
ma ꝟgine fuit gratiſſima· ergo fuit in eta=
te mĩma qua eſſe potuit. ſed ſtatim potuit
cũ cõſentire potuit. cõſentire aũt potuit cũ
vſum rõnis habuit· ergo ſtatim cũ vſuꝫ rõ
nis habuit iſtam gratiã ſuſcepit. Itē eiuſ=
dem potentie ⁊ miſericordie ē gratiã dare
⁊ datã conſeruare. ergo q̃nto prius datur
tãto plus datur· iuxta illd· Qui cito dat bis
dat. ſed deꝰ btiſſime ꝟgini tantũ dedit quã
tũ pure creature dare potuit· ḡ ⁊c· Itē am
bro· Neſcit tarda molimina ſci ſpũs gra=
tia· ergo ex ꝑte dantis nulla fuit mora dã
di· imo videtur affectare datõem· qr exulta=
uit vt gigas ad currendã viã ſuam· ḡ ſta=
tim dedit qñ ſuſcepturũ capax fuit· Con=
tra. beatiſſima virgo illuminabatur actuali=
ter ſumma illuminatõe cuius creatura pu
ra ſm ſtatũ vite capax fuit. ergo hoc debu
it fieri quando illuminabilis maxime ſm
intellectũ fuit· hoc autē eſt in ſenio. Iuue=
nes enĩ vigent ſenſu· ſenes aũt intellectu.
ergo beatiſſima virgo debuit illã illumina
tõem recipe in ſenectute. Itē figura conce
ptionis huiꝰ ſupnaturalis in virgine· fuit
cõceptus ſare ſterilis ĩ ſenectute. quãdo· ſ.
nonagenaria fuit· ergo ſi figuratũ debet re
ſpondere figure· ⁊ iſta conceptio debuit fie
ri in ſenectute· ergo ⁊ deſponſatio que pre=
ceſſit iſtam conceptõem· Itē nõ eſt congru
um matrimoniũ inter ſenē et iuuenculã· ſꝫ
inter iuuenem ⁊ iuuenē· ſenem ⁊ ſenem· Et
Ouidius· Si qua velis apte nubere nu=
be pari. Illud autē matrimoniũ fuit ↄgru
entiſſimũ· ⁊ Ioſeph fuit ſenex. ergo ⁊ bea=
ta virgo· Itē contra grauitatē bonoꝝ mo=
rum ⁊ honeſtatē eſt acceleratio matrimo=
nioꝝ. hic autē nihil fuit contra honeſtateꝫ
morum· ergo expectatũ fuit tempus ma=
turũ. Itē a corpore beatiſſime virginis for
mabatur corpus ꝑfectiſſimũ ſcd̃m naturã
quia ex tali tale. ⁊ ex magis tali magis ta=
le. corpus autem ꝑfectiſſimũ non eſt ſcd̃m
naturam ante ſtatum·xxv· annorum· ergo
corpus beatiſſime virginis debuit ad mi=
nus eſſe. xxv. annorum quãdo chriſtũ con
cepit. Item conſiliũ iuris eſt ſi dubitetur de
quantitate numeri equaliter· ⁊ iuſ ⁊ iudex
debent mediũ numeruꝫ determinare· verbi
gratia· Si dubitetur vtruꝫ aliquis teneatur
alteri·xx· vel tm̃ deceꝫ. iudex ſolui faciet. xv·
ergo a ſimili in ꝓpoſito ſi dubitatur quan
do facta fuit iſta conceptio ⁊ deſponſatio·
determinandũ eſt tēpus mediũ inter pri=
mũ ⁊ vltimũ tempus quo talia ↄſueuerũt
celebrari. primũ aũt tempus ē·xij. annorũ
vltimũ aũt vt in pluribus quinq̃ginta an
noꝝ. hoꝝ aũt mediũ. xxxi. Et ergo videtur
ꝙ circa illã etatē beatiſſima virgo eſſe de=
buit quando iſta in ea fiebant.

Reſponſio ad queſtiones.

Ipponendo
ꝙ in btiſſima virgine fuit om
nis congruentia tam ex par=
te nature q̃ꝫ ex parte gratie ad hoc vt ma=
ter dei fieret. credimus concedendo ꝙ de=
um concepit tali etate qua ꝑfecta fuit ſta=
tu corporis ⁊ quantitate. ⁊ ꝙ circa eandeꝫ
quantitatē etatis deſponſata fuit tantum
quantũ ſponſalia ſolent matrimoniũ pre
cedere videlicet circa duos menſes· Quod
autē obijcitur ꝙ laudabilior ⁊ mirabilior
eſſet in iuuentute iſta ꝑfectio conceptõnis
Dicimus ꝙ cuꝫ nihil ſit laudabile niſi ali
quo modo dependeat ab arbitrij libertate
non ſtatim illud fieri debuit cum beatiſſi=
ma virgo libero arbitrio vti potuit. ſed in=
teruenire debuit temporis ꝓtractio. ĩ quo
proueniret meritoꝝ accumulatio. ⁊ emun
dationi quam acceperat in vtero ſuccede=
ret maior depuratõ ⁊ ꝟtutũ exercitatõ vt ĩ

oīm virtutū apicē ſublimata de congruo ⁊
ſingulari ſuo merito mūdo ſubueniret ꝑdi
to ſaluatorē gignēdo. ⁊ ſic patet ꝙ nō ſta⸗
tim deus hoc donū dedit. cū eius btiſſima
ꝟgo capax fuit. Sed qꝛ nō tm̄ dedit ſꝫ etiā
cōgruētiſſimo mō dedit. tūc dedit ſtatiꝫ de
inde cū ſuſceptiuū congruētiſſimo mō ca⸗
pax fuit. vt nō eēt tm̄ datū optimū ⁊ donū
ꝑfectū ſed etiā mō ꝑfectiſſimo datū. Nec il
la velocitas donū duplicat q̄ tꝑis ꝯgrui⸗
tatē anticipat ſed a datore modū dādi de
format. ⁊ a recipiēte gloriā minuit. ⁊ digni
tatē recipiendi ab ipſo excludit.

Poſt hoc queri

tur de pulcritudine btiſſime ꝟ
ginis. vtrū pulcritudineꝫ cor
poralē habuerit. Et videt̄ ꝙ ſic. Figura ei
ſiue ſignū debet habere ſimilitudinē cū ſi⸗
gnato. ſed omnes mulieres beatiſſimā vir
ginē ſignificantes teſte ſcriptura pulcerri
me fuerūt. ergo ⁊ beata virgo. minor patꝫ
qꝛ q̄tuor mulieres inueniunt̄ btiſſimā vir⸗
ginē exp̄ſſiſſime figurātes. heſter ꝯiugata.
iudith vidua. rachel ⁊ rebecca ꝟgines. De
heſter ſcribit̄. Erat aūt heſter pulcra valde
incredibili pulcritudine. oīm oculis grati
oſa ⁊ amabilis videbat̄. Silr̄ de iudith le
git̄. Erat aūt elegāti aſpectu nimis. Item
ꝯſiderabant faciē eius. ⁊ erat ſtupor ī ocul̄
coꝝ. qm̄ eius pulcritudinē mirabantur ni
mis. Itē nō eſt talis mlier ſuꝑ terrā ī aſpe
ctu ⁊ pulcritudine et ſenſu verboꝝ. Simi
li mō de rebecca legit̄ ꝙ erat puella decora
nimis virgoqꝫ pulcerrima ⁊ incognita vi⸗
ro. Itē de rachel ꝙ erat venuſta facie et de
coro aſpectu nimis. Et vniuerſalit̄ ſcriptu
ra laudat omnes mulieres de pulcritudi⸗
ne beatā virginē ſignificātes. ergo ⁊ beata
virgo pulcra fuit. Iteꝫ corpus ordinat̄ ad
aīam vt ſupra dictū eſt. qꝛ nobiliori anime
debet̄ nobilius corpꝰ. ergo pulcritudo cor
poris dependet ad pulcritudinē aīe. g̃ vbi
ꝑfectiſſima pulcritudo aīe ibi ⁊ ꝑfectiſſima
corꝑis debuit eſſe pulcritudo. Itē in eccle
ſiaſtico. ſumma pulcritudo ſpūalis. ⁊ hoc
ꝑ ſimbola corꝑalia. Illa autē ſcriptura ſpe
cialiter ⁊ anthonomatice exponit̄ de bea⸗
ta virgine. ergo illa que ibi dicunt̄ ſpeciali
ter ⁊ anthonomatice cōueniūt beatiſſime
virgini. Ibi autē ꝑ pulcritudinē exterioreꝫ
ducitur intellectus ad interiora. ergo ī be
atiſſima virgine debuit eſſe pulcritudo in
terior ⁊ exterior. Item pulcrū ⁊ bonū ad⸗
ditum pulcro ⁊ bono facit magis pulcruꝫ
⁊ bonū. ergo pulcritudo ⁊ bonitas exteri⸗
or addita pulcritudini ⁊ bonitati interio
ri facit magis pulcrū et bonū. Sed beatiſ
ſima virgo omnibus puris creaturis opti
ma ⁊ pulcerrima fuit. ergo habuit pulcri⸗
tudinē exteriorem ⁊ interiorē. Item eccle⸗
ſia canit in proſa. Caſtiſſima corpore. ſan
ctiſſima moribus. omniūqꝫ pulcerrima ꝟ
go virginū. Itē corpus humanū eſt nobi
lius omnibus corporibus brutoꝝ ꝓpter
vnionē ad animā rationalē. ergo nobilitaſ
in corꝑibus intendit̄ ad nobilitatē anime
ad quā ordinat̄. forma em̄ ⁊ materia debēt
eſſe ꝓporcionabilia. ſed aīa beatiſſime vir
ginis fuit nobiliſſima poſt animā filij dei
ergo ⁊ corpus eius erit nobiliſſimū et pul
cerrimū poſt corpus filij dei. Itē corpꝰ vni
tū diuinitati ꝑfectiſſimū eſt in pulcritudi
ne. ita etiā ꝙ angeli deſiderāt in ipm ꝓſpi
cere. ergo corpus immediate ordinatū ad
ipm erit ſcdo loco pulcerrimū. hoc autē eſt
corpꝰ matris vn̄ formabat̄ illud qd̄ diuini
tati vniebat̄. ergo erit illud ſcdo loco pul⸗
cerrimū. Itē phus diffiniens naturā dicit
ꝙ eſt vis inſita rebus ex ſimilibꝰ ſilia ꝓcre⸗
ans. niſi ergo natura impediat̄ vel erret fi
lius ſilis erit patri vel matri. ergo q̄ naſcit̄
de matre et nō de patre. ⁊ tali oꝑante qui
nō poteſt impediri vel errare. ibi neceſſe ē
filiū ſimilē eſſe matri ⁊ ecōuerſo. ſꝫ ipe pul
cerrimus. ergo ⁊ ipſa pulcerrima. Iteꝫ qui
viderūt veronicā dicūt ꝙ gratioſiſſimā et
pulcerrimā faciē repſentat. Item ordo in
eſt rebus naturalibus. Et ī corporibꝰ hu⸗
manis natura facit aliquod pulcrū ⁊ ali⸗
quid pulcrius. ergo ⁊ aliquod pulcerrimū
debet eſſe ſm̄ naturam. natura em̄ aliqueꝫ
habet terminuꝫ ad quem poteſt ⁊ nō vltra
illum. ergo ⁊ alicubi ꝯtingit aut nuſq̄ꝫ. Si
nuſq̄ꝫ. ergo deficit reſpectu ſuaꝝ operatio
nū. hoc eſt falſum. quia dicit phus ꝙ na⸗
tura nō abundat in ſuꝑfluis. nec deficit ī
neceſſarijs. ergo natura alicubi habet ſuū
ſummū. Corpꝰ aūt naturale q̄nqꝫ formatꝫ
a corꝑe naturali. ipa natura oꝑante natu⸗
raliter imediate ⁊ ꝑ ſe que tn̄ creata eſt ali
q̄n oꝑante deo ſuꝑnaturaliter. ergo alicu⸗
bi ſummū ē corꝑe hūano deo oꝑante. ⁊ ali
cubi ſummū natura oꝑante. Et ſicͭ natura
oꝑans ē imediate ſub deo oꝑante. ita ſum
muꝫ nature oꝑantis ē immediate ſub deo

opante. Sicut ğ corpus xp̄i qđ deus p ſe=
ip̄m formauit ē pfectiſſimū et pulcerrimuꝫ
ī natura qđ deꝰ potuit facere ſm ſtatū vie
ita corpus btiſſime vginis ad hoc imedia
te ordinatū erit pulcerrimū ſcđm ſtatū vie
qđ natura facere pōt ſe opante. Itē dam̄.
Ip̄a a nullo illuſtriū ſupat. ſed alie virgi=
nes et ſci laudant de pulcritudine corpa=
li qñ ē ꝯiūcta cū ſpūali. vt ē illud. pulcra fa
cie ſed pulcrior fide. ⁊ ſil'r ī p̄dictis mulie=
ribꝰ veteris teſtamēti. ergo beatiſſima vgo
omni laude digna imo digniſſima debu=
it đ vtraqꝫ pulcritudine laudari. Itē caſti
tas ē laudabilior ī pulcris. ſicut econuerſo
deformitas ⁊ incōtinētia vitupabilior ī de
formibus. ſed btiſſime vginis caſtitas fuit
laudabiliſſima. ergo ip̄a pulcerrima. Con
tra in ꝓuerbijs dicit. Fallax gratia ⁊ vana
ē pulcritudo. ſed ī beata virgine minimū. im
mo nihil fuit de vanitate. ğ nec pulcritu=
do. Itē pulcritudo mulieris occaſio ē ma
gni mali. Unde Eccl'i. Uirginē ne ꝯſpici
es ne ſcādalizeris ī pulcritudine eius. Itē
ꝓpter ſpeciē mulieris multi pierūt. Unde
Job. Pepigi fedus cū oculis meis vt nec
quidē cogitarē de ipſa virgine. ſed btiſſi=
ma virgo omnibus debuit eſſe cā ſaluan=
di et nulli cauſa pdi. ergo nō debuit eſſe
pulcra corpaliter. Itē quanto plures ſunt
cauſe humilitatis tāto fortior et maior hu
militas. ergo q̄ ſummā habuit humilitatē
oēs cauſas habere debuit humilitatis. ſed
faſtus ineſt pulcris ⁊c̄. deformitas autē eſt
cauſa hūilitatis. ergo beatiſſima virgo de
buit eſſe deformis. Itē dñs in incarnatio
ne exinaniuit ſeip̄m. ⁊ ſic maximaꝫ oſten=
dit humiliatōem. ſed maior humilitas eſt
carnē accipere de deformi q̄ꝫ de pulcra. ğ
dñs naſci de deformi debuit.

Eſpōdendo dicimus ꝙ ſicut dñs
noſter ieſus chriſtꝰ fuit ſpecioſus
forma p̄ filijs hoīm. ita btiſſima v
go pulcerrima et ſpecioſiſſima fuit inter fi
lias hoīm. ⁊ ꝙ ipſa habuit ſummū ⁊ pfe=
ctiſſimū ī pulcritudine quod eſſe potuit in
mortali corpe ſcđm ſtatū vie opante natu
ra. Qđ aūt euangeliū nihil ſcribit ſup co
ꝑles pñt eſſe cāe. Una cū dña noſtra poſi
ta ſit in ſpeculū ⁊ exemplū ſaluos fiēdi. nō
vult eam laudari a talibꝰ quoꝝ appetitus
inordinatus vel abuſus multis ē cā pdi.
di. Alia cā eſt ꝙ ſcripture ſufficit hoc ſub
ſilētio quaſi p locū a minori inferre. ꝙ q̄c=
quid vnq̄ꝫ bōitatis vel pulcritudinis ī ali
quo ſanctorū fuerit in ipſa credamꝰ minime
defuiſſe. Uñ ſcriptura magis laudat eam
hoc tacite ſupponēdo q̄ꝫ verbotenꝰ explicā
do. tacēdo em̄ ꝓ reuerētia regl'a nobis tra
dit infallibilis. ꝙ quicq̄d boni vel laudis
in alijs fuerit. hoc de ipſa minime oporteat
dubitari. nec ī queſtionē venire debeat qđ
nephas ē dubitare. Iteꝫ ſicut angeli ſupre
mi a donis nobilioribꝰ laudant ⁊ denomi
nant ⁊ nō ab inferioribus que tñ ī ipſis eē
nullatenꝰ dubitat. ita et btiſſima vgo do=
nis ſpūalibus pleniſſima. donis gratuiſſi=
mis ⁊ nobiliſſimis ita occupat ⁊ iplet ani
mas laudantiū euangeliſtaꝝ ꝙ eoꝝ admi
ratōe quaſi obliuiſcunt bonoꝝ corpalium
Itē cū rota ſit ī medio rote. euangeliū ma
gis reſpicit ⁊ tractat ſpūalia. vetus lex cor
palia. ꝓpriū eſt ğ euangelij de gratuitis ⁊
ſpūalibus laudare. ꝓpriū veteris teſtamē=
ti carnalia ſiue corpalia ꝯmēdare. Iđ do=
mina noſtra ī veteri teſtamēto de pulcritu
dine cōmēdat corpali p figuras. ī nouo te
ſtamēto de ſpūali pfectiōe p angelos. apo
ſtolos ⁊ euāgeliſtas. raro em̄ vel nunq̄ꝫ in
nouo teſtamēto inuenit ꝙ aliquis de pul
critudine corpali ꝯmendat. Qđ aūt obij=
cit de mali occaſione. Rñdemus ꝙ pul=
critudo corpalis ſimpliciter ī ſuo genere
bona ē. Nihil aūt adeo bonū eſt ī quo nō
cōtingat malos ſcandalizari. qui nō tm̄ in
xp̄o homine ſcādalizabant ſicut ſcriptū ē.
⁊ ſcandalizabant ī eo. ſed etiā in ipſo deo
ſcādalizabant. Unde ſup illud. Quā bo=
nus iſrahel deus ⁊c̄. Glo. dicit. ꝑuerſis au
tē ꝑuerſus eſſe videt. Talis occaſio mali ſi
ue ſcādali paſſiui nō eſt viciū bonā natu=
rā habētis ſed culpa patientis. Sicut ipſi
demones ī dei iuſticia ſcandalizabant ſi=
cut ſcriptū eſt. Supbia eoꝝ qui te oderūt
aſcēdit ſemp. nec ꝓpter hoc debet nō eē iu
ſticia. ſi demones vel mali ſcandalizent in
ipſa. maxime cū boni edificent inde vnde
mali ſcandalizant. congrua ergo fuit pul=
critudo beatiſſime virginis ⁊ ad ſuupſius
cōmendatōem. vt naturā pficeret ⁊ gratiā
augmētaret. quia forma pudicitie rara. ſꝫ
apta comes. ⁊ ad noſtraꝫ edificatōem ⁊ de
uotōem. Pulcra em̄ eſt caſta generatō cū
claritate. ⁊ ad corpis dñici cōmendatōem
nō em̄ pōt arbor bona ⁊ nobil' fructū ma=
lū ⁊ ignobilē facere. nec eēt pfectior hūili=
tas q̄ ex pluribꝰ tāq̄ꝫ cauſis cauſaret. quaꝝ

alique naturales. aliq̃ gratuite. q̃ꝫ illa q̃ eſt ex ſol' gratuitis. imo ſicut gratia ē nobilior natura ꝛ ꝑfectior. ita humilitas q̃ ē ſimpliciter a gratia nobilior ē q̃ꝫ illa que ē ꝑtiꝫ ex gratia ꝛ ꝑtim ex natura. nec etiā eēt maior hūilitas ꝙ de⁹ incarnaret̃ d̃ deformi poti⁹ q̃ꝫ de pulcra. Hūilitas aūt debꝫ eſſe collatiua gratie ꝛ augmētatiua ꝛ nūq̃ꝫ diminutiua. non eſſet vere humiliatō filij maior q̃ hūilitatē matris ī ſua nobilitate diminueret ꝛ laudē caſtitatis auferret. Vn̄ nimirū neq̃ꝫ laude dignū opinio iudicaret ſi v̄go deformis humilis eēt. ꝛ quaſi deſpecta viris v̄go ꝑmaneret. ꝛ ecōuerſo aūt quāto v̄go beatiſſima ꝓfundior ē hūilitate ꝛ q̄nto ab altiori infra ſeipſam deſcēdit. tantō maior eſt filij dei humiliatio qui ſe a ſummo celo poſt ipſam inclinauit.

Dicto de pulcritudine in cōmuni. cōſequēter eſt querendū de pulcritudine eius ī ſpeciali q̃ in tribus ꝯſiſtit. ſ. in debita corporis quantitate. ī elegāti mēbrorū diſpoſitōe ꝛ ꝓportōe. ī colorꝫ venuſtate. Primo igit̃ querit̃ de quātitate q̃ cōuenietior ei ſit. Et ꝓbari pōt a quantitate corporis ſui filij ꝙ tanq̃ꝫ ꝑfectiſſimū ī omnibus naturalibus debitiſſimā habuit quantitatē. corpus em̄ filij format̃ a corpe generātis. ideo ità ꝙ de tali tale ꝛ de tāto tantū niſi error aut impotētia impediat. aut ꝑ viā accidētis aut aliquo mō aliter fiat. ſed naturalit̃ ꝛ regulariter magnus magnū generat ꝛ ꝑuus ꝑuū ꝛ tātus tantū. ergo ſi corpus dn̄i cum ī ſummo habuit q̄ntitatē debitā viro congruentē. ergo ꝛ mater ſua habuit ī ſummo quātitatē femine cōgruentē. qđ ꝯcedimus ꝛ credimus eſſe verꝫ. Ideo de q̄litate dicētes. modi em̄ corpiſ q̄litatis ſunt q̄nq̃ꝫ. Craſſicies nimia. carnoſitas. extenuata macies. ſintheſis ꝛ equalitas. Pinguedō cauſat̃ ex frigitate et hūiditate. carnoſitas ex caliditate ꝛ hūiditate. extenuata macies ex caliditate ꝛ ſiccitate. ſintheſis ex frigiditate ꝛ ſiccitate. equalitas ex oīm humorū equali ꝯplexiōe. Cui⁹ q̄litatis credim⁹ corpus beatiſſime virginis extitiſſe.

Poſt hoc querit̃ de mēbrorū diſpoſitōe ꝛ ꝓportōe. Et illa ſil'r ꝓbātur ex ꝑte generati. ī formatiōe em̄ corporis a generāte ſic format̃ totum de toto ꝙ a qualibet parte corpis fit deciſio. et in qualibet partē generati formatio. Vn̄ inter generantē ꝛ generatū regulariter ꝛ naturaliter ſingulorꝫ membrorꝫ adinuicē ē ſimilatio ī forma ꝛ in figura niſi ꝑ viā accidentis impediat̃. ergo cuꝫ in corpe dn̄ico nullū poterat intercidere impedimentū et mēbra illius corpis fuerūt elegātiſſime diſpoſitōis ꝛ congruentiſſime ꝓportōis. eadem diſpoſitō ꝛ ꝓportio erit ī mēbris matris. quod concedimus eſſe verum.

Poſt hoc queritur de colore cutis et venuſtate. Triplex ē diuerſitas coloris in corpe hūano. ſ. in cute ꝛ ī capillis. in oculis. Primo ergo de colore cutis queritur. Et videt̃ ꝙ debuit eſſe nigra ī cute. color em̄ ē ꝓpriū obiectuꝫ viſus. ergo color q̃ ē magis viſui cōgruus plus atteſtat̃ ꝯplexionis bonitati ꝛ ꝑfectiōi. nigredo eēt ē magis ꝯgrua viſui. eſt em̄ color cōgregatiuuſ viſus. ergo nigredo eſt color ꝑfectiſſim⁹ ad videndū. ergo debuit eſſe color ꝑfectiſſimi corpis ſm ꝙ videri debet. Itē ſimplex eſt nobilius cōpoſito. igit̃ albedo ꝛ nigredo q̃ ſunt colores ſimplices ſunt nobiliores q̃ꝫ alij colores q̃ ſunt ꝯpoſiti. igit̃ alter eoruꝫ erit ī corpe ꝑfectiſſimo. ſꝫ nō albedo. igit̃ nigredo. ꝙ nō albedo patet. q2 albedo eſt color corpis ī quo ē abūdantia frigiditatis ꝛ etiā viſui diſcōgru⁹. q2 diſgregatiu⁹ viſus. Itē color ē imutatiuus viſus ſm actū lucidi. igit̃ illi colores q̃ ſunt magis motiui ſm actū lucidi in rōne colorꝫ ſunt magis ꝑfecti. ſed dicit ph̄us. ꝙ extrema ſunt magis ſenſitiua ꝛ motiua. igitur albedo ꝛ nigredo que ſunt extremi colores magis ꝑfecti ſunt in ratione colorꝫ. igitur alter eorꝫ erit in corpore ꝑfectiſſimo. ſed dicit ph̄us ꝙ in corpibus ſunt lux ꝛ tenebre. id eſt albedo ꝛ nigredo. ſed ꝑfectior eſt lux tenebris. igitur in ꝑfecto corpore potius erit effectus lucis q̃ꝫ tenebrarꝫ. hoc autē eſt albedo. igitur corpus ꝑfectiſſimuꝫ potius erit albū q̃ꝫ nigrum. Videt̃ potius ꝙ debuit fuiſſe rubeum. corpus em̄ eucraticū eſt maxime ſanguinee complexiōis. ſanguinē autem atteſtat̃ rubedo igitur corpus optime complexionatū debuit eſſe rubeum. Videtur autē ꝙ debuit eſſe mixtuꝫ ex albo ꝛ rubeo. quia ſicut autores medicine dicūt. color in cute ab interioribus accidit duobus modis. aut ex abundantia. aut ex equali

tate humoꝝ. Jlle aũt eſt ex equalitate q̃ ē
rubeus et albus mixtim· ceteri oĩes ab in
equalitate ꝓcedũt. ſed nobilioꝛ eſt coloꝛ q̃
ab equalitate ꝓcedit. igit̃ debet eſſe in coꝛ//
poꝛe euctico· Uidet̃ aũt ꝙ i tali coꝛꝑe de//
bet eſſe coloꝛ glauc⁹. Jlle em̃ coloꝛ ſigt̃ fri
giditatē in coꝛꝑe dñantē. Sed videtur ꝙ
coꝛpus btiſſime ꝟginis debuit eſſe frigide
cōplexiōis hac rōne· qḋ a natura ē tale ma
xime ē tale· igit̃ qḋ natura caſtuȝ magis ca
ſtū· ſed natura frigiditatis magis ē oꝛdia
ta ad caſtitatē. igit̃ coꝛpus caſtiſſimū de//
buit eſſe frigide ꝯplexionis· Jtē oīs incli//
natō q̃ cauſat̃ a duob⁹ ceteris parib⁹ foꝛti//
oꝛ eſt, ea q̃ ab vno tm̃· igit̃ inclinatō ad ca//
ſtitatē ſi cauſat̃ a gratia ⁊ a natura foꝛtioꝛ
eſt ea q̃ a gratia tm̃. igit̃ coꝛpus caſtiſſimū
debuit cauſari a gr̃tia et natura. igit̃ debuit
frigide cōplexionis eſſe. Jtē bonūadditū
bono nature facit magis bonū. igit̃ bonū
gratie additū bono nature facit ipm̃ ma//
gis bonū. igit̃ plena ſm̃ gratiā debuit eſſe
ꝑfectiſſima ſm̃ naturā igit̃ debuit eē frigi//
de cōplexionis· Jtē magis manifeſtat̃ po
tētia ecōtrario ſm̃ naturā ⁊ cōtra naturalē
inclinatōem elicere ꝯtrariū q̃ȝ de tali tale·
ſed ꝑfectius ⁊ nobilius ē i quo magis ma
nifeſtat̃ potētia. igit̃ ꝑfectioꝛ ⁊ nobilioꝛ eſt
caſtitas in caliduȝ q̃ȝ in frigidū. ſed caſti//
tas beatiſſime virginis fuit ꝑfectiſſima· igi
tur fuit calide cōplexionis· Jtē vbi eſt ma
gis de cōtrarietate ibi eſt maioꝛ actio ⁊ pu
gna. ſed vbi maioꝛ pugna ibi difficilioꝛ vi
ctoꝛia · vbi aũt ē difficilioꝛ victoꝛia maioꝛ
gloꝛia. igit̃ de pꝛimo ad vltimū vbi maioꝛ
pugna ibi maioꝛ gl̃a· igit̃ gl̃oſioꝛ eſt caſti//
tas i calidū q̃ȝ i frigidū. Jtē phs. Jncōti//
nēs eſt qui patit̃ ⁊ deducit̃· cōtinēs autē q̃
patit̃ nec deducit̃. Jnſenſibilis qui nec pa
tit̃ nec deducit̃· ſed mediū virtutis eſt pati
nec deduci· ergo virtuoſioꝛ eſt caſtitas vbi
maioꝛ paſſio a contrario. hoc autē eſt i ca//
lidum. igitur ⁊c̃·

Poſt hoc queri

tur de coloꝛe capilloꝝ· q̃ ſcḋm
autoꝛes medicine ſunt q̃tuoꝛ.
ſcȝ niger. rubeus. glaucus· canicies· Cum
igit̃ glaucus cōſtet ex humoꝛe melancoli//
co· canicies aũt ex nimia defectōe caloꝛis
naturalis ⁊ ex abūdantia putridi fleuma
tis· qḋ plurimū eſt in ſenibus. de illis du
obus nō fit queſtio· ſed tm̃ de nigro et ru//
beo. Uidet̃ ꝙ capilli eius debebāt eſſe ru
bei· rubedo em̃ atteſtat̃ abundantiā colere
nō aduſte· nigredo aũt fit ex abūdantia co
lerici incēſi vel aduſtione multa ſanguis.
q2 vt dicit Galien⁹. Rubedo atteſtat̃ ſan
guini· nigredo colerice vel melācolice cō//
plexioni· Cū igit̃ nobilioꝛ fit cōplexio ſan
guinea q̃ȝ colerica vel melācolica· coloꝛ at
teſtās ſanguini nobilioꝛ erit q̃ȝ atteſtās co
lere vel melācolie. igit̃ nobilioꝛ rubedo q̃ȝ
nigredo. igit̃ erit in coꝛꝑe nobiliori. Jtem
Gal· qñ deſcribit coꝛpus eucraticū i tegni
dicit cōpetētes craſſos cogitatōes ſcḋm to
tā aĩalis habitudineȝ· he ſunt ſcȝ coloꝛ ex
albo ⁊ rubeo mixtus· capilli ꝟo rubei ⁊ me
diocriter criſpi i pluribus ⁊c̃. igit̃ in coꝛꝑe
eucratico capilli debēt eſſe rubei· Jtē in eo
dē. Nā ſi eucraticū cerebꝝ exiſtat· ſcḋm q̃//
tuoꝛ qualitates omnia que dicta ſunt ha//
bebit. tamē mō ſuꝑfluitates quecūq̄ꝫ ꝑ pa
latū ⁊ aures aut nares purgant̃. hec habe
bit moderate· ⁊ mĩme ledet̃ ab omnibus q̃
extrinſecus calefaciunt ⁊ infrigidāt ⁊ ſic//
cāt ⁊ humectāt exiſtētibus infantib⁹ talib⁹
capilli ſunt ſubrufi· igit̃ in optimo ſibi cō//
plexionato cerebꝛo capilli debēt eſſe rubei
hoc eſt autē cerebꝝ noſtre domine. igit̃ ⁊c̃.
Uidetur autē ꝙ debeant eſſe nigri. Con
ſtātinus em̃ in pantegni tres cauſas pilo
rum ponit dicens. Capilli caput cuſtodi//
unt. honeſtāt ⁊ defendūt· quibus ſi careat
homo maxime ē inhoneſtus· et ꝑ̄cipue in
mulieribus· ⁊ iuxta hoc natura facit coꝛꝑi
iuuamēta atq̄ꝫ oꝛnamēta. Jtē eſt cauſa q̃//
re maſculi ⁊ nō femine barbeſcūt. quia fu//
mus qui eſt piloꝝ cauſa ex natura magis
augmentat̃ que q2 natura nō ſufficit expel
lere ⁊ cōſumere expellit ꝑ duo loca. i· ꝑ ca//
put ⁊ barbā· Unde fit ꝙ calidiſſime femi
ne barbeſcere videant̃· et ecōuerſo i maſcu
lis frigidis· Unde nō barbeſcūt eunuchi
quia ꝑdiderunt mēbꝛa calidioꝛa. pili igit̃
iſti facti ſunt a natura vt eſſent oꝛnamen//
ta ⁊ iuuamenta. Ex hoc patet ꝙ tres ſunt
cauſe piloꝛum. Expulſio fumoſe ſuꝑflui//
tatis animalis iuuatiua. defenſio a calo//
re ⁊ frigoꝛe exterioꝛi· ⁊ oꝛnat⁹ capitis. Quā
tum ad pꝛimā vtilitatē magis vident̃ con
uenire eucratico coꝛpoꝛi nigri capilli. Si
em̃ expulſio ſuperfluitatis nociue eſt iuua
tiua. quecunq̄ꝫ ſuꝑfluitas magis eſt noci
ua illius expulſio maxime eſt iuuatiua· ſȝ
colericū incēſum ⁊ ſanguineum aduſtum

magis eſt nociuū ꝙ̄ ſanguineus hūoꝛ nō
aduſtus. igit̄ magis ē iuuatiua expulſio il
liꝰ ꝙ̄ iſtius. Sed ad illius expulſionē ſeq̄
tur generatō nigroꝝ capilloꝝ. ⁊ nō rubeo
rū. igit̄ ꝙ̄tū ad illud eucraticū corpus ma
gis debet hr̄e nigros capillos ꝙ̄ rubeos.
Silr̄ ꝙ̄tum ad defenſioꝫ. nigri eñ̄ capilli
fortiores ſunt ꝙ̄ rubei. Silr̄ ꝙ̄tū ad orna
mentū. pulcrioꝛ ē eñ̄ ⁊ aptioꝛ ꝓpoſitō extre
mi ad extremū ꝙ̄ medij ad extremū. oppo
ſita eñ̄ iuxta ſe poſita magis elucēſcūt igit̄
ſuppoſito colore cutis albo ⁊ rubeo magiſ
venuſtat i capill' nigredo ꝙ̄ albedo vel ru
bedo. Itē ꝙ̄tū ad ſenſuꝫ viſus nigredo eſt
conueniētioꝛ. qꝛ ꝯgregatiuū viſus. rubedo
aūt vel albedo diſgregatiuū. Itē ꝙ̄tuꝫ ad
ſignatū. Rubedo eñ̄ atteſtat̄ mobilitati ⁊
infidelitati. nigredo aūt firmitati ⁊ ſtabili
tati. qꝛ rn̄det elemēto qd̄ eſt terra Iteꝫ ꝯſtā
tinus i pātegni vbi deſcribit corpus eucra
ticū ſic dicit. In ſupioꝛibus ꝑtibꝰ libri me
minimus nos dixiſſe de tꝑata cōplexione
corpis ꝙ̄tū ad cōplexioneꝫ eq̄lis. oportet
igit̄ nūc dicere de equali ꝯplexione ⁊ eiꝰ ſi
gnificatōe. Corpus eñ̄ equale neqꝫ mul-
tū macidū ē neqꝫ pingue. color eius inter
rubeū ⁊ albū mediꝰ. pili eiꝰ i infantia rufi.
i puericia ⁊ i iuuētute nigri. igit̄ ad eucra
ticū corpꝰ ꝑtinet nigredo i capillis ſcd̄ꝫ cō
ſtātinū. Et ſic etiā videt̄ ꝯtrauerſia int̄ cō-
ſtantinū ⁊ galienū. cū hic nigꝝ capilloruꝫ
colore ponat i equali corpe. ille aūt rubeū.
Itē eadē cōtrarietas inuenit̄ inter illos q̄
loquunt̄ de corpis pulcritudine. quorum
vnꝰ ſic dicit. Femineū plene ſi vis forma-
re decorē. Preformet capiti vultū nature
circinus orbē. Crinibꝰ irrutilet nitoꝛ aurū.
igit̄ vult ꝙ capilli debēt eſſe aurei coloris
Alter aūt dicit ſic. Spectādū nigris ocul'
⁊c. Itē i cāticis vbi deſcribitur pulcritudo
ſpūalis ꝑ exteriorem pulcritudinē dicit ſic
Come eiꝰ ſunt ſicut elate palmaꝝ nigre q̄ſi
coruꝰ. igit̄ videt̄ ꝙ ad exterioꝛē pulcritudi
nē ꝑ quā interioꝛ deſcribit̄ ꝑtineat nigre-
do i capillis. Quia vt dicit mgr̄ richarduſ
de ſcō vic. ſup idē verbū ⁊ ſitia. Neptalym
dr̄ ſeruus emiſſarius dās eloq̄a pulcritu-
dinis. q̄ pulcre hoīem interioꝛē eiſdeꝫ ver
bis reficit. ⁊ exterioꝛē. dū ꝑ exteriora viſibi
lia ad inuiſibilē pulcritudinē intellectum
traducit. igitur ad exterioꝛē pulcritudineꝫ
ꝑ quā hmōi intellectus traducit̄ ad interi
oꝛē ꝑtinet nigredo in capill'. Itē ſcd̄m ꝯple
xione innatā ſoboles ſolēt aſſiīari parēti-
bus ⁊ ecōtra. ſed videmꝰ ꝙ genus iudeorū
vt i plurimū hēt nigros capillos. igitur et
dn̄a noſtra cū fuit de ꝓgenie iudeorū. Itē
veronica ꝑ̄tēdit nigrā barbā. ⁊ nigros fu-
iſſe crines in dn̄o. igitur in dn̄a noſtra cuꝫ
maxima fuerit ſimilitudo inter ipſos.

Poſt hoc queri
tur de colore oculoꝝ qui qua
druplex eſt. ſ. niger. ſubalbidꝰ.
varius ⁊ glaucus. Et videt̄ primo ꝙ de-
beat eſſe niger. Ille eñ̄ i pluribꝰ cōcomitat̄
nigꝝ colorē in capillis. ꝙ habētes nigros
capillos ſunt etiā habētes nigros oculos.
⁊ etiā videret̄ cōgruere maxime venuſtati
Vn̄. Spectandū nigrū oculis. Etiā i cō
trariū videt̄ ꝙ alius deſcribēs pulcritudi
nē quo ad oculos dicit. Radiāt vtriqꝫ ge
melli luce ſmaragdina. vl' ſideris iſtar ocel
li. Illi aūt coloreſ nō ſunt nigri igit̄ ⁊c. Itē
nigredo oculoꝝ vt dicit Iohānicius ꝓue
nit ex defectu ſpūs viſibilis vel ꝑturbatōe
ipſius. aut ex penuria criſtallini humoris
aut qꝛ plurimū recedit interius criſtallinꝰ
humoꝛ. aut ex humore abundāti qui eſt ſi
milis albugini oui. aut ex ꝑturbatōe ipſiꝰ.
aut ex abūdantia qualitatis vuei hūoris.
igitur cū iſte coloꝛ i oculis cauſet̄ maxime
ex defectu eoꝝ i quibus ꝯſiſtit oculi perfe
ctio ad videndū. vt ē ſpūs viſibil' ⁊ humoꝛ
criſtallinꝰ nullo mō iſte coloꝛ erit eucratici
corpis. De glauco ⁊ alijs nō fit q̄ſtio cum
atteſtātur minus nobili complexioni.

Ad hoc reſpondendū eſt ꝙ ſex ſunt
colores cutis. ex albedine ⁊ rube-
dine cōpoſitus. niger. citrinꝰ glau
cus. albus et rubeus. Et ſolus ille qui ē ex
rubore ⁊ albedine cōpoſitus vt dicit Io-
hānicius eſt ab equalitate ꝓcedēs. alij ve-
ro omnes ab inequalitate. Primus eſt nō
biliſſimus ⁊ corpori eucratico determina
tus. ⁊ ſic a galieno in tꝑata complexio
ne poſitus eſt. ⁊ ſimili mō a Conſtantino
i pantegni. hunc igitur cōcedimus in coꝛ
pore beatiſſime virginis extitiſſe. Ad obie
cta in contrariū reſpōdemus ꝙ licet coloꝛ
niger ſit magis viſui ꝯgruus ad videndū.
nō tamen eſt corpi eucratico determinatꝰ
ad habendū. coloꝛ eñ̄ corpis principaliuſ
ordinat̄ ad corpus ſubiectū ⁊ ꝓpriū venu
ſtandū ⁊ eius cōplexionē oſtendendaꝫ ꝙ̄
ꝑ corpꝰ alienū ad videndū. Itē cum viſus

delectet̃ in pulcro ⁊ iluce ꝓporcio͂abili de
lectabilior ⁊ deliciosior eſt ad videndū. co
lor albus mixtus cum rubeo ꝙ̃ nigredo. ⁊
nõ eſt contrariū ꝙ extremi colores magis
ſunt ſenſitiui ⁊ motiui. Jlla em̄ ꝑeminẽtia
ſumit̃ reſpectu alteri⁹ videntis. natura em̄
vt dicit phs ſꝑ intẽdit ſibi ſile niſi ſit ebria
igit̃ color corꝑis debet detminari potius
ſm congruentiã ſui ſubiecti ꝙ̃ reſpectu ali
eni. Nec etiã obſtat ꝙ ſimplex nobilius ē
ꝯpoſito. hoc verū ē inter res genere differẽ
tes. vt aĩa dignior ē corꝑe. ⁊ nõ eſt ĩ his in
quibus ē ſimplex ps cõpoſiti eadẽ cū alte-
ra ſm ſpeciẽ cū in his ſꝑ dignius ſit totū
ſua ꝑte. Qd̄ aūt obijcit̃ ꝙ debuit eſſe frigi
de cõplexiõis ⁊ hr̃e colorẽ illi atteſtantem
dicimus ꝙ nõ. cū em̄ gratia nobilior ſit ꝙ̃
natura caſtitas que ē totaliter a gratia no
bilior eſt ꝙ̃ ea que eſt partim a gratia ⁊ ꝑ
tim a natura. ⁊ tãto eſt maior gratia et ma
iorẽ potentiã demõſtrat. quanto fortiorē
vincit naturã ꝙ̃uis in beata virgine nulla
fuit pugna. quia etiã fomes extinctus fuit
in ea. Unde tãto fortior fuit ⁊ tanto nobi
lior fuit eius caſtitas. qñ nec hoſti fuit tẽ-
ptandi poſſibilitas. ⁊ nihilomin⁹ tanto de
hoſte triūphus glorioſior quãto etiam ita ca
put ei⁹ ꝯtriuit ſub pedib⁹. vt nec ad primū
motū ꝯcupiſc̃e cui generalit̃ ſubiacẽt oẽs vi
atores. ſe cõtra ipam auſus fuit erigere. nõ
em̄ diminuit rõem victorie nõ poſſe impu
gnari ſed velle impugnari ⁊ nõ poſſe reſi-
ſtere. illa etiã ſit̃ glorioſiſſima caſtitas et lau-
dabiliſſima fuit que ĩ ſe nūꝙ̃ aliquẽ ſaltē
motū cõcupiſc̃e ſenſit. et ſe ĩ aliqua ſubiecta
diſſeminãs exemplarit̃ cõcupiſcẽtiã a mul
tis cordib⁹ ⁊ corꝑibus ꝓfugauit. Ad iſtud
qd̄ obijcit̃ de colore capillorū. dicim⁹ ꝙ co
lor ĩ capillis immediatã ſignat ſuꝑ diſpo-
ſitõem cerebri. vnde optim⁹ color ĩ capillis
debet detminari ſm optimã cerebri cõple
xionẽ. optima aūt cerebri cõplexio detmi-
nat̃ ſcd̄m duos modos. Uno mõ cerebrū
optie ꝯplexiõatū qñ ē optime ordinatum
ad actõe naturał̃ v̄tutis. ita ꝙ opatões ce
rebri maxime ordinãt̃ ſm q̃litates ad opa
tiones cordis ⁊ epatis ⁊ ſtomachi ⁊ aliorū
mẽbrorū principaliū. ⁊ ſcd̄m hoc cerebrū
debet eſſe calidū ⁊ humidū. Et hoc mõ ca
pilli talis cerebri in infantibus ſunt ſub-
rufi. in pueris vero rufi ſeu ſubrufi vel ſub
rubei. in ꝑfectis vero rubei. ſicut dicit Ga-
lienus in tegni aucte ſuprapoſita. nõ ſi eu

craticū. ⁊ ſcd̄m hūc modū loquebat̃ q̃ di-
xit. Crinibus irrutilet ⁊c̃. Et ſm hãc legē
ꝓcedūt rõnes ꝓ illa ꝑte. Alio mõ dicit̃ eu
craticū cerebrū ſcd̄m ꝙ ē optime diſpoſitū
⁊ ordinatū ad actiões v̄tutis aĩalis q̃ pro
prie fiūt ĩ cerebro mediãte ſpū aĩali q̃ na-
ſcit̃ in cerebro. ⁊ ſcd̄m hoc calidū ⁊ ſiccum
debet ēē cerebrū. q2 ille due q̃litates maxi-
me ſubſeruiūt cognitõi. a caliditate em̄ eſt
velocitas apphendẽdi. a ſiccitate firmitas
retinẽdi. a calore ē mot⁹ ⁊ mobilitas. a fri-
gore quies ⁊ imobilitas. Jtẽ a ſiccitate fir
mitas recipiẽdi. ſiccitas em̄ ē bñ terminabi
lis ꝓprio termino: male alieno. Hūiditas
aūt male t̃minabił̃ ē termio ꝓprio. bñ autẽ
alieno. Et ſic p3 ꝙ magis cõgruit ꝑfectiõi
cerebri caliditas ꝙ̃ frigiditas. vt em̄ Gali
enus ĩ tegni oſtẽdit frigidiores ꝙ̃ oportet
cerebri cognitões ſuꝑflua multa ſcd̄ꝫ ꝓpri
as effluxiones ⁊ capilli inde ſubrufi ma-
nẽtes poſt multū tꝑis ſubnaſcentes ſubti-
les ⁊ exiles plurimū ⁊ facile a frigidis cau
ſis ledunt̃. ⁊ ſcd̄m tp̄s ⁊ ſcd̄m ſpẽs leſiõis
tartari ꝯſumunt̃. ⁊ ſomnolentiores qd̄am
modo ſunt. ĩ calido aūt cerebro contraria
ſunt. Et ſic p3 ꝙ nobilius ē calidū cerebrū
ꝙ̃ frigidū. A ſimili mõ patet ꝙ ſiccū nobi
lius ē ꝙ̃ humidū. Galienus em̄ ĩ tegni di
cit. ſicciores cerebri cognitões nõ ſuperflu
unt in effluxiõe ⁊ ſenſuū ꝑfectiõe vigilãtis
nature ſunt. hūidiores vero plani ⁊ nõ oĩ
no calui fiunt ⁊ ſenſu ebetes ſunt. ⁊ ſuꝑflu
xiones multe ⁊ ſomni multi ⁊ ꝓfundi. Et
ſic patet ꝙ nobili⁹ ē cerebrū ꝙ̃tū ad v̄tutes
aĩales ſi fuerit calidū ⁊ ſiccū ꝙ̃ ſi fuerit ca
lidū ⁊ humidū. Nã vt dicit Galien⁹ in te
gni. Optima ē cõplexio calida ⁊ ſicca. pri-
mū quidẽ nõ ſunt abūdantes hmõi ⁊ ſen
ſibus ꝑfecti ⁊ vigilãtiſſimi. prima genera-
tio capillorū citiſſima ē eis ⁊ pleniſſima ni
gri capilli. Si v̄o humiditas caliditati ac
cidat par quidẽ ſuꝑgredientibus vtriſꝙ̃
mediocritatem bonus eſt eis color ĩ ocu-
lis. vene magne ⁊ ſuꝑfluitatis ꝑlime me-
diocriter digeſti. ⁊ capilli recti ⁊ ſubrubei.
⁊ replet̃ et grauat̃ caput a calefacientibus
Et infra his v̄o nod⁹ ſꝑ ꝯtrarius. Jn bo-
rea v̄o optime digerunt neꝙ̃ excitari pñt
ad multū ſomnū ꝯuertẽtes ⁊ grauiter dor
mientes ſunt ⁊ plene vigilantes. fantaſias
vident et ſenſibus imꝑfecti ſunt. Et ſic pa
tet ex cõiunctione inequalitatū ꝙ optima
cõplexio cerebri ꝙ̃tū ad v̄tutes aĩales eſt

calidū ⁊ ſiccū. ⁊ cerebro ſic ſe habēti debēt
capilli nigri. Et hoc ē qđ dicit cōſtantinꝰ i
pātegni ſuꝑioribus. Cū igit̄ cerebꝝ eucra
ticū optime ſit ordinatū. vno mō ad actō
nes virtutis aīalis. alio mō reſpectu oꝑa//
tionū virtutis naturalis ⁊ nobilior ſit oꝑa
tio v̄tutis naturał aīalis q̄z naturał v̄tu//
tis. nobiliꝰ erit cerebꝝ quod ē eucraticū ad
oꝑatōes aīales q̄z ad oꝑatōes naturales.
igit̄ ꝑfectiſſimi ⁊ nobiliſſimi corporis cere
brū dꝫ eſſe calidū ⁊ ſiccū. Cū igit̄ corpꝰ do
mīe noſtre fuerit ꝑfectiſſimū ſm̄ oīa mem
bra. ipa habuit cerebꝝ calidū ⁊ ſiccū et ca//
pillos nigros. Et ſic ꝓcedūt rōes ⁊ auctēs
ad hoc inducte. Ad hoc qđ obijcit̄ đ colo
re oculoꝝ. dicimus ꝙ color i oculis cū im
mediate ſignificet ꝯplexionē ꝓprij ſubie//
cti. ꝓculdubio cerebro ⁊ calido ⁊ ſicco det
mīato detmīabit̄ color oculoꝝ niger. Q̄đ
aūt obijcit̄ ꝙ nigredo oculoꝝ cāt̄ ex defe//
ctu viſibił ſpūs et penuria criſtallini hūo
ris. ⁊ eoꝝ ī q̄bꝰ matie ꝯſiſtit ꝑfectō oculoꝝ
Dicimꝰ ꝙ hoc veꝝ ē. ſed paucitas ſpūs vi
ſibił ⁊ hūoris criſtallini cauſat̄ a calidita
te ⁊ ſiccitate cerebri. ſpūs em̄ naturał ꝓue
niēs vſq3 ad cerebꝝ ſi cerebrū fuerit calidū
maiorē ibi recipit depuratōez ⁊ ſubtiliorē
ſubaz. q̄nto aūt ſuba ſubtilior. tāto plꝰ hēt
de forma ⁊ minꝰ de materia. et q̄nto plus
ſuba ē ſubtił et formał tāto magis ē actiua
⁊ fortioris oꝑatōis. ⁊ ſic a tali cerebro trāſ
mittit̄ viſibił ſpūs ad oculū paucior ⁊ ſub
tilior et fortior. ſili mō nutrimētū paucꝰ et
ſubtilꝰ et nobilius. Paucitas igit̄ ſpūs et
nutrimēti q̄ztū. ſ. ad materiā cauſat nigre//
dinē vt dicit autor. ſꝫ ipa ſubtilitas et pau
citas materie cā eſt nobilioris et fortioris
oꝑatiōis. et ſic tales oculi erūt nigri ꝓpter
p̄dictoꝝ paucitatē. ſed clariores ad viden
dū et nobiliores ꝓpter ſenſuū ſubtilitatez
et nutrimenti puritatē. Et ſic beata virgo
in colore cutis fuit alba et rubea mixtim.
in capillis autem et in oculis nigra tēpe//
rate fuit. ſicut et eius filiū dilectū ſpecioſiſ
ſimū forma p̄ filijs hoīm credimus fuiſſe
coloratum.

Oſt hoc queri
tur de hoc ꝙ dicit viro. Q̄đ
fruſtra videtur addi. Omnis
em̄ deſpōſatio v̄ginis fit viro. Q̄đ aūt ni//
hil fruſtra debuit poni videt̄. q̄r dicit bea
tus bern. Si em̄ nec foliū đ arbore ſine cā
nō cadit. nec paſſer vnꝰ ad terrā cadit ſine
p̄re celeſti ꝓuidē. igit̄ ex ore euāgeliſte nul//
lū ſuꝑfluere debet verbū p̄ſertim i ſacra hi
ſtoria vbi nō putes. plena q̄ppe ſunt om̄ia
miſterijs ſuꝑnis et celeſti ſingła dulcedīe
redundātia. ſi tm̄ diligentē habēt inſpecto
rē qui nouerit ſugere mel de petra. oleūq3
de ſaxo duriſſimo. igit̄ ſine cā non debuit
hic poni viro. Q̄đ aūt hic addit̄ viro non
fit ad denotandū ſexus diſcretiōem. ſꝫ ad
tangendū ſpōſi btiſſime v̄ginis ꝯmēdatō
nē. et ſponſe in ſpōſo honorificatōem. viro
igit̄ nō notat hic ſexū vel etatē ſed virtutē
igitur fuit iſte Joſeph vir ꝑ conſtantiā fi//
delitatis q̄ztum ad iuſticiā ꝑtinet. ꝑ virtu//
tē caſtitatis quantū ad temꝑantiā. ꝑ excel
lentiā diſcretiōis q̄ztū ad prudentiā. ꝑ ſtrē
nuitatē oꝑatōis q̄ztum ad fortitudinē. Et
ſic notat̄ in viro excellentia quatuor virtu
tum cardinalium.

Oſt hoc queri
tur de hoc ꝙ dicit. Cui nomē
erat. Videtur em̄ ꝙ i hoc ni
mis diffuſe loquat̄ et ſuꝑflue. cū hoc po//
tuiſſet breuius expreſſiſſe dicendo viro Jo
ſeph vel nomine ioſeph. Natura em̄ vt di
cit phus nihil facit fruſtra. Jtē natura nō
deficit in neceſſarijs nec abundat in ſuꝑ//
fluis. Jtē natura inquantū poteſt paucio
ribus ſe expedit. Jtē qui moderat̄ ſermo//
nes ſuos ſapiētiſſimus ē. Jtē de om̄i v̄bo
ocioſo reddent om̄es hoīes rōem ī die iu//
dicij. Ex his om̄ibus videt̄ ꝙ nihil hic pō
ni debet ſuꝑfluū. qđ cōcedimꝰ dicentes ꝙ
dicēdo cui nōmē erat ioſeph nō tm̄ voluit
nomē exp̄mere qđ feciſſꝫ dicēdo ioſeph. ſꝫ
inſuꝑ ꝙ eſſet nobile ipm̄ nomen voluit de
ſignare. Vn̄ et ſupra vbi dixit cui nomen
nazareth. numerꝰ cauſaꝝ eſt ſcđm numeꝝ
lr̄aꝝ ſcꝫ. vt nihil poni debeat fruſtra ſcia//
tur. vt plenius et ordinatius deſcribat̄. vt
ꝓbabilius credat̄. vt totū preelectū mon//
ſtretur. locus vel ꝑſona etiā nomine hono
ratur. vt doctrina innuat̄ et eccleſia excite
tur. vt euāgeliſta familiaris et fidelis cōꝓ
bet̄. vt humilitas ſpōnſe declaret̄. cum ita
noīatim et expreſſe humilis ſpōſus deſcri
bit̄. vt iuſtus apud deū et homīes mōſtre
tur. cuiꝰ nomen tanq3 in libro vite ſcriptū
in euāgelio tā ſignanter exprimitur. vt no
tus deo et hominibꝰ intelligat̄. q̄ teſtis be
atiſſime virginis adhibetur. vt nomen eius

digne ĩ memoriã hominũ vertatur qui in
patrẽ dei putatiuũ aſſumitur.

Poſt hoc queri

tur de hoc ꝙ dicit ioſeph. Ui
det eñ ꝙ ſpõſus btĩſſime vir
ginis nõ debuiſſet appellari ioſeph. Si ei
ſicut tota rota ẽ ĩ rota. ita vetꝰ lex ĩ noua. vi
det ꝙ illud ꝯiugiũ btĩſſime v̾ginis debu
it ĩ lege alicui figurari. hoc autẽ interp̄tat̃
eccl'a fuiſſe factuꝫ in Heſter ⁊ aſſuero. Si
igit̃ illud cõiugiũ rep̄ñtat iſtud figuraliter
⁊ cõiuges illi cõiuges iſtos igit̃ nomĩa de
bẽt rñdere nomibus. Sed ꝯiux heſter fuit
aſſuerus. igitur ⁊ cõiunx dñe noſtre debu
it vocari aſſuerꝰ. Itẽ ſara ĩ ſenectute ⁊ ſteri
lis gignẽs filiũ p̄t̾ naturã ĩ mõte ĩmolã=
dũ tenet figurã dñe noſtre q̃ genuit filiuꝫ
cõtra naturã ĩ cruce ĩmolandũ. Si igit̃ ſa
ra ſignat dñam noſtrã. igit̃ ⁊ ſponſus ſare
ſpõſuꝫ dñe noſtre. igit̃ debuit appellari a=
brahã. Itẽ ſi dña nr̃a fuerit figurata ꝑ Re
beccã igit̃ maritꝰ eiꝰ debuit appellari yſa=
ac. Itẽ ſi dñs figurat̃ ꝑ ſamſonẽ. ⁊ mr̃ eius
ꝑ matrẽ ſamſonis igitur ſpõſus eiꝰ debuit
vocari manue. Itẽ ſi ioſeph appellat̃ aug
mẽtũ. ĩ iſto aũt ꝯiugio nullũ fuit augmẽtũ
ꝑ ioſpeh. igitur non bñ appellatur ioſeph.
Querit̃ igitur q̃s fuit figura ioſeph ĩ vete
ri teſtamẽto. nõ eĩ videtur ꝙ ille filiꝰ iacob.
cũ ille geſſerit figurã dñi noſtri vtpote fili
us rachel natꝰ in ſenectute patris. et ĩ vẽdi
tõe ⁊ fratꝝ liberatõe. ⁊ terre ſaluatiõe et in
multis alijs vt patet in libris geneſis.

D hoc dicimꝰ ꝙ vna ꝑſona ĩ vete
ri teſtamẽto ꝓpter ꝑ'es ꝓprietates
plura ſignificauit. Uñ abrahã vbi
d̾r. tolle filiũ tuũ figurat deũ patrẽ qui ꝓ=
prio filio ſuo nõ pep̾cit ⁊c̃. ⁊ vbi d̾r ei. egre
dere de terra tua ⁊c̃. figurat xp̄m qui egreſ
ſus de terra ⁊ de cognatiõe ſua ſcꝫ de ſinu
ſummi p̄r̃is qñ venit in hũc mundũ. Cũ
aũt d̾r de eo ꝙ ſedit ĩ oſtio tabernaculi in
ip̃o feruore diei figurat antiq̃s p̄r̃es q̃ ſub
vmbra legis ſederũt. ⁊ incarnatõem verbi
cũ feruore deſiderij expectabant. Silr̃ mõ
dicimꝰ ꝙ iſte ioſeph in vẽditõe. ĩ liberatõe
⁊ incarceratõe. egipti ſaluatõe. deũ figura
bat. ſed ĩ fidelitate ⁊ caſtitate ⁊ ĩ miſterioꝝ
reuelatõe. ꝓcuratõis ꝯmiſſione ⁊ frugũ cõ
ſeruatõe. ⁊ terre p̄latiõe. iſtius ioſeph figu
ra fuit. Uñ Bern. Nõ vir matris nec pa=
ter filij fuit q̃zuis certa ⁊ neceſſaria diſpẽ=
ſatõe vtrũq; ad t̃p̄s appellatꝰ ſit ⁊ putatꝰ.
Conijce tñ ex hac appellatõe quã. ſ. diſpẽ
ſatõe meruit honorari a deo: vt pater dei ⁊
dictus ⁊ creditꝰ ſit. Conijce ex ꝓprio voca
bulo ꝙ augmẽtũ nõ dubites interp̄tari q̃s
⁊ qualis fuit iſte ioſeph. memento q; ſimul
illius magni patriarche vẽditi in egipto.
Et ſcito nõ ſolũ illud vocabulũ ſortituꝫ fu
iſſe. ſed ⁊ caſtimonia adeptũ innocẽtiam ⁊
gratiã conſecutũ. Siquideꝫ igitur ioſeph
ex fr̃atna inuidia vẽditus ⁊ ductus in egy
ptũ. xp̄i venditõem figurabat. iſte herodia
nã fugiens inuidiã qui portauit ĩ egiptũ.
ille dño ſuo fideꝫ ſeruans domine ſue no=
luit ꝯmiſceri. iſte dominã ſuã domi ſui ma
trem virginẽ agnoſcens ⁊ ipſe continẽs fi
deliter cuſtodiuit. Illi data eſt intelligen
tia ſomnioꝝ miſterij. iſti datũ eſt conſciuꝫ
fieri ⁊ participẽ fieri celeſtiuꝫ. Iſte frumen
ta ſeruauit nõ ſibi ſed omĩ ꝑp'o. iſte panẽ
viuũ de celo ſuauẽ accepit ſibi ⁊ toti mun
do. nõ ẽ igit̃ dubiũ quin fidelis ⁊ bonꝰ fue
rit iſte ioſeph cui mater ẽ deſpõſata ſalua
toris. fidelis ſeruus ⁊ prudẽs quẽ cõſtitu
it deus ſue matris ſolaciũ. ſue carnis nu=
triciũ. ſolũq; deniq; ĩ t̾ris magni ꝯſilij co
adiutorẽ fideliſſimũ. Et ſic pꝫ q; ꝯgrue ꝑfi
guratus ẽ iſte ioſeph. nec cõgruebat euꝫ fi
gurari ꝑ aliquẽ qui maritꝰ ꝑ carnalẽ copu
lã extiterit cũ ipſe ſine carnali copula ſan=
ctius cõiugiũ ꝑ pactõem cõiugalẽ traxit ⁊
cõiũx virgo cõiugẽ virginẽ cuſtodiuit ⁊ de
bitũ miſteriũ reddẽdo ⁊ matri ⁊ filio pat=
no affectu inſeꝑabiliter cõiunctus fuit. ꝓ=
prietas nomĩs ⁊ ſignificatõ que incremẽ=
tũ ſonat. ipſi nihilominus optime cõgru
it. qui ꝑ hanc diſpenſatiõeꝫ q̃ztũ ad ſeip̄m
⁊ quantũ ad ꝓximũ. ⁊ quantũ ad deuꝫ. q̃z
ad plurima ſublimatus fuit. virtutũ. ſ. aug
mentatione. fame celebritate. hoĩm reue=
rentia. ⁊ dilectione matris dei. familiarita
te diuina vt putabatur paternitate.

Poſtea queritur

d̾ domo. nõ eñ videtur ꝙ iſte
fuerit de domo dauid. vbicũ
q; eñ in biblia numerat̃ populus reſoluẽ
do a multitudine in vnitatẽ. primo fit di=
uiſio in tribus. poſt hoc tribus ĩ cognatõ=
nes. cognatõ in familias. familia ĩ domoſ
ſicut dicit̃ ĩ Joſue. vbi ꝑ inquiſitõꝫ huiuſ=
modi furtũ inuenit̃ apud achor ſꝫ hoc mõ
ioſeph nõ fuit de domo dauid. Itẽ vt pꝫ ĩ

genealogia ſcripta ī euāgelio liber genera
tōis ioſeph diſtabat a dauid·xxviij·gene//
ratōe. igiť nō erit ð domo dauid. Silr̄ q̄ri
tur de hoc ꝙ diciť dauid. Cū eñ melioꝛ ⁊
nobilioꝛ cognitō fit ꝑ cauſaȝ immediatā ⁊
ꝓpinquā q̄ȝ ꝑ cāȝ remotā meli⁹ notificaſſȝ
ioſeph ꝑ patrē immediatū q̄ȝ ꝑ dauid. Si
aūt diciť ꝙ hic deſcribiť dauid eo ꝙ da//
uid ꝓmiſſionē accepit eius qui hic annūci
atur incarnatus· ſcōm hoc deberet dici de
domo abrahe q̇ primo accepit ꝓmiſſionē·
ꝙ ī ſemine ei⁹ bn̄dicenť oēs gētes· nō dico
ī ſeminibus ſed ſemine tuo q̇ eſt xp̄s· Iuxta
hoc queriť q̄re ī hac annūciatōe ī qua mū
diſſima filij dei cōceptō deſcribiť dauid q̇
q̄nq̄ȝ notorius peccatoꝛ extitit q̄ȝuis remo
tus innuať· Itē cū in genealogia dn̄i pec
catores ⁊ peccatrices recitenť ·q̄re hic vn⁹
peccatoꝛ ⁊ nulla tangitur peccatricum.

D primū dicimus qð diciť de do
mo dauid nō tm̄ ꝓpť generis ſuc//
ceſſiōeȝ ſed ꝑncipali⁹ ꝓpter v̄tutuȝ
imitatōȝ. ⁊ tales dicunť ēē ꝓprie de vna
domo· iuxta illud. Qui habitare facit vni//
us moris ī domo. ex ꝯuictu eñ formāť mo
res. Vn̄ bern. Huc accedit ꝙ diciť fuiſſe
de domo dauid. vere eñ de domo dauid
vere de regia ſtirpe deſcēdit vir iſte ioſeph
nobilis genere· mēte nobilioꝛ· plane filius
dauid nō tm̄ carne ſed ſcitate ⁊ deuotione
quē tanq̄ȝ alteꝝ dauid dn̄s inuenit ſcōm
coꝛ ſuū. cui cito ꝯmitteret ſecretiſſimū at//
q̄ȝ ſcīſſimū ſui cordis archanū. cui tāq̄ȝ al
teri dauid incerta ⁊ occulta ſapie ſue ma//
nifeſtauit. ⁊ dedit illi nō ignaꝝ ēē miſterij
qð nemo ꝑncipū hui⁹ ſcl̄i cognouit. Cui
deniq̄ȝ datū ē ꝙ cū multi reges ⁊ ꝓph̄e eū
vellēt videre nō viderūt· nō ſolū videre ſed
audire. ſed etiā portare· deducere. ample//
cti· deoſculari· ⁊ nutrire ⁊ cuſtodire· nō tā//
tū ioſeph ſed etiā mariaȝ credendū ē ð do
mo dauid deſcēdiſſe· alioq̄n nō fuiſſet de
ſponſata viro de domo dauid· ſi non ipſa
eſſet de domo dauid. ambo ergo erant de
domo dauid· ſed ī altera concepta ē veri//
tas quaȝ ꝓmiſit ⁊ iurauit dn̄s dð· alťo tm̄
ꝯſcio ⁊ teſte adiplete ꝓmiſſiōis· Recte igi
tur diciť ſpōſus v̄ginis fuiſſe ð domo da
uid vt ſcandalū euiteť· vt eadē trib⁹ eſſe ꝓ//
beť. vt amoꝛ legis in vtroq̄ȝ oſtēdať. vt hūi
litas nobilitate regis exalteť· vt paupertaſ
nobilitati nō repugnare doceať. vt daui//
dis humilitas euangelizeť. vt humilitatiſ

imitatio in Ioſeph inſinuetur. vt veritatiſ
ꝓmiſſio adimpleatur. vt genealogia domi
ne deſcriberetur· vt paupertas mirabilioꝛ
demonſtretur· vt nobilius exemplū pauꝑ
tatis ⁊ humilitatis detur. Quod etiā que
ritur· quare dauid hic ponať cuȝ peccatoꝛ
fuerit· Reſpōdeť ꝙ nō poniť ideo q2 pec
catoꝛ fuerit· ſed ꝙ ioſeph ab ipſo carnaliť
deſcēderit· ⁊ ꝑ imitatōem in virtutib⁹ illi ſi
mil' fuit· nec ꝓpter pc̄ti maculā quā penitē
tia deleuit minus ī genealogia dn̄i nomi
nari debuit ſed audacter p̄dicari. tū ꝓpter
hoc. q2 pc̄tōribus ꝯfidentiā generet et mi//
ſericordiaȝ dei augmentet qui dicit. Qua
hora peccatoꝛ a via ſua ꝯuerſus fuerit om
niū iniquitatū ſuarū non recoꝛdabor. Qð
autem hic nulla peccatrix ponitur cā eſſe
poteſt· vt omnis peccati imitatio vel ſuſpi
tio a beata virgine excludatur· cum ſicut a
patre in filios· ſic a matribus in filias ſo//
let imitatio diriuari·

Quod autē in 1
genealogia domīe noſtre vbi
plene deſcribitur· ⁊ boni ⁊ ma
li in ſerie narranť nō caret ratione. Quod
auteȝ a bonis oꝛta fuit triplex eſt ratō· vna
vt antiquitas nobilitatis ipſam nobilita//
tem extolleret. Alia autem vt ſanctitas ip
ſam vndiq̄ȝ circumdaret· Tercia vt hu mi
litas laudabilioꝛ appareret. Quod autem
antiquitas nobilitatem extollat patet. q̇a
non poteſt arboꝛ bona malos fructus fa//
cere. Et iterum. Vnaqueq̄ȝ arboꝛ ex fru//
ctu cognoſcitur. et qð natura tale magis
tale ⁊ magis ad virtuteȝ ꝑficitur. quia ad
ip̄aȝ ex nature oꝛigine inclinať· v̄tutes eñ
parti innate ſunt nobis. ꝑfecte aūt ꝑ con//
ſuetudinē· Unde Iob· ab infantia mecū
creuit miſeratō· ⁊ ab vtero egreſſa ē mecuȝ
ſicut eñ diuturnitas nō minuit pc̄m ſed
auget· ⁊ tanto igitur maioꝛa ſunt peccata
quāto diutius infeliciorē aīaȝ detinēt alli
gatā. Et ſicut adulterine plātationes non
dant radices altas ſapiē· ita ecōuerſo pul
cra ē caſta generatō cū claritate ī moꝛib⁹
ſuis. cū eñ ē mēoꝛia illius· quia ⁊ apud de
um nota eſt ⁊ apud hoīes· Et ſicut ab ini
quis oēs filij qui naſcunť teſtes nequitie
ſunt aduerſus parētes ī interrogatōe ſua.
ita generatō rectoꝝ benedicetur. ⁊ iuſticia
eius manet in ſeculū ſeculi· ⁊ gloria ⁊ diui
tie ī domo ei⁹· Et ſic beatiſſima virgo oꝛta

eſt ex bonis ꝛ magnis. vt antiq̃tas nobili-
tatē extolleret. Scđa cā fuit vt ſcitas eam
vndiq̧ circūdaret. retro ꝑ nobilitatē; añ ꝑ
vtilitatē. ſupra ꝑ dignitatē. infra ꝑ poteſta
tē. a dextris ꝑ virtutū ſummitatē. a ſiniſtris
ꝑ peccati immunitatē;. Tercia cauſa fuit
vt humilitas laudabilioꝛ appareret. Quia
vt dicit Bernhardus. In alto poſitus nō
alta ſape ſed hūilib9 ꝯſentire nihil deo ca-
rius. ſed nihil apud hoīes rarius inueniť
His igiť tribus de cauſis nata ē de bonis
Triplici etiā rōne orta eſt de mal. Primo
vt cōparatio alteꝝ extremoꝝ extolleret iu-
xta illud. Sicut liliū inter ſpinas ꝛc. et il-
lud. Sicut ſpina roſam genuit iudea ma
riā. Secūda cā vt ſapīa dei miſcđioꝛ appa
reret. eſt em̄ exitus quo de bono bonū. ꝛ ex
itus eſt quo de malo malū. De primo. vi-
dit deus que fecerat. et erāt valde bona. đ
ſcđo. Oīs peccati initiū ſupbia ꝛc. Terci9
exitus ē vt de bono malū. vt đ muliere ini
tiū peccati. Quart9 exitus ē vt de malo bo
nū. ꝛ hoc ſolius dei ē ꝓpriū. cui9 ſapīa vi-
cit maliciā. attingēs a fine vſq̧ ad finem.
Tercia cā vt confidentiā peccatorib9 aug-
mētaret. ꝑ hoc ꝙ mediatrix eoꝝ eadē pro-
pinquitate vtrāq̧ extremitatē cōiungeret
vt ſicut mater eſſet ꝛ filia dei. ſic eſſet mater
ſoror ꝛ filia dei. ꝛ ſic a natura inclinaretur
ad miſerendū peccatori. ꝓpter hoc ſigna-
tur ꝑ arcum poſitū in nubibus celi ī ſignū
federis inter celū ꝛ terraꝫ. nō em̄ potuit de
us cū pctōribus efficacius ſtabilire pacem
q̃ꝫ ꝙ filiā pctōrum ſuo filio accepit vxoreꝫ
ſpōſam ꝛ matrē. nec aliquis fidelius inter
deū ꝛ hominē pacē fecit q̃ꝫ que mater vtri
uſq̧ fuit. Ex predictis igitur relinquiť. ꝙ
Joſeph ꝛ beatiſſima virgo maria đ domo
dauid intitulantur eſſe.

x hoc queritur

de nobilitate virginis. queriť
vtꝝ matrē dei cōgruat nobilē
eſſe ſcđm carnē. Et videť ꝙ nō. ꝑ illud ad
Chor. i. Nō multi ſapiētes ſcđm carnē. nō
multi potentes. nō multi nobiles ꝛc. Sed
beatiſſimā virginē maxime elegit ꝛ preele
git. igiť debuit eſſe ignobilis. Iteꝫ glo. ſuꝑ
illud. Venit em̄ humilis deus querēs hūi
les nō altos. Itē ibidē. Nō elegit reges vť
ſenatores vel oratores. ſed plebeios. pau
ꝑes. indoctos. piſcatores. igiť cuꝫ btiſſima
virgo p̄ oībus iſtis ſit electa. p̄ omnib9 de-
buit eſſe ignobilis ꝛ paupercula ꝛ plebeia
Itē maioꝛ videť hūiliatio ex ꝑte dei de ig
nobili q̃ꝫ de nobili incarnari. Qđ ſi conce
dať. Cōtra. Quāto plus ē aliq̃d eleuatuꝫ
ſurſum tāto plus pōt deprimi ī deorſum.
q̃nto em̄ mōs altioꝛ tāto vall' ꝓfundioꝛ igi
tur q̃nto aliq̃d magis eleuatū ē ſurſuꝫ per
nobilitatē ꝛ dignitatē. tāto magis pōt de-
ſcēdere ꝑ humilitatē. Sed btiſſima virgo
fuit ꝓfundiſſime hūilitatis. igiť debuit eē
ſupreme dignitatis ꝛ nobilitatis. Unde
Aug. Nuq̃ꝫ fuiſſet ſuꝑ oēs choros angelo
rū exaltata niſi fuiſſet ſuꝑ oēs hoīes hūili
ata. Itē Bern. In alto poſit9 nō alta ſape
vt ſ. Sed btiſſima v̄go fuit deo cariſſima
iō debuit eē alta ꝛ nō ſape alta. ſed hūilib9
ꝯſentire. Itē Bern. Quis nō feret tolera-
bilius ſupbiā ī diuite q̃ꝫ ī pauꝑe. ſed hūili
tas ē nobili9 ī diuite q̃ꝫ ī pauꝑe. ſed humi
litas in btiſſima virgine fuit laudabiliſſi-
ma. igiť humilitas ē nobilioꝛ in diuite q̃ꝫ ī
pauꝑe. igiť fuit in nobili ꝛ diuite. Itē hie-
ro. dicit. ꝙ ſeruitia minus ſunt grata quā
to magis ſunt debita. Sꝫ ſeruitia magis
ſunt debita in ſeruis q̃ꝫ ī ingenuis. igitur
minus ſunt grata in his q̃ꝫ in iſtis. ꝛ pluſ
q̃ꝫ in ingenuis. ſed ſeruitia beatiſſime vir-
ginis que erāt maxime ſeruitutis. vt cēſus
ſolutō ꝛ ꝓfeſſio. ꝛ filia erāt deo gratiſſima
igiť erāt in ꝑſona nobiliſſima. Ex his vi-
deť ꝙ cōgruit ꝙ beatiſſima virgo fuerit no
biliſſima. Qđ aūt ſic fuerit manifeſtū eſt.
nobilitas rei conſiſtit ꝛ conſideratur ī tri-
bus. in cauſa. ſubſtātia. ꝛ efficientia. In cā
ſi a nobili origine principiū ducat. in ſub-
ſtātia ſi nobilē ſubāꝫ ꝛ ꝓprietatē ī ſe poſſi-
deat. ī efficiētia ſi nobiles effect9 de ſe ꝓdu
cat. Btiſſima igiť v̄go fuit nobiliſſima. vt
pote filia pncipis. ī quo ſibi deus popl'm
elegit peculiarē. ꝛ diſtinxit ab alijs abra-
ham ſcilicet. a quo ipſa quadrageſima et
vna deſcēdit generatione. In ſubſtātia qꝛ
ꝛ nature ꝑfectiōem ꝛ gratie plenitudinem
in ſe habuit. In efficientia quia ip̄m deū
de ſe generauit. Igitur beatiſſima virgo ī
omnibus in quibus nobilitas conſiderať
in ſummo nobilis inueniť. Iuxta hoc q̃ri
tur. in quo cōſiſtat nobilitas ſcđm carneꝫ
qꝛ diciť ꝙ nobilitas nihil aliud ſit niſi in-
ueterate diuitie. igiť videtur ꝙ in diuitijs
ſcđm hoc autem btiſſima virgo nō fuiſſet
nobilis. qꝛ paupcula fuit a paupib9 gene
rata. Videť etiam ꝙ iſta nobilitas nō ſit

a rebus. Siĺr aũt ait Ambroſius· ꝙ neqꝫ
a corꝑe nobilitas· neqꝫ a nobilitate ꝯplexi
onis corporis ẽ. inueniunt̃ aũt reges ⁊ prin
cipes qui nobiles dicunt̃· et ſunt ſcḋm car//
ne cõplexione exĩtes melãcolici et flegma
tici. ⁊ ecõuerſo ruſtici ſanguinei ⁊ colerici·
igit̃ nobilitas nõ trahit̃ a corꝑe· Itẽ videt̃
ꝙ nec ab aĩa. Aĩe eñ non ſunt ex traduce·
igit̃ aĩa filij nihil nobilitatis a patre habꝫ
vel ab aĩa patris. Itẽ Seneca dicit. ꝙ nõ
facit nobilitatẽ atriũ plenũ fumoſis ima//
ginibus. ⁊ quod añ nos eſt noſtꝝ non eſt.
nõ eñ vixerũt ad noſtrã gloriã. ⁊ vult pro
bare ſicut oẽs qui loquunt̃ in hac materia
ꝙ tm̃ nobilis eſt ille queꝫ nobilitat ſua vir
tus. nobilitas eſt ſola animi que moribus
animũ ornat· Et ſic videt̃ ꝙ nobilitas ſcḋm
carnẽ nihil eſt.

d hoc dicimus ꝙ beata virgo ſcḋm
omnẽ dignitatis ⁊ ꝑfectõis ⁊ no//
bilitatis modũ eſſe debuit· et fuit
nobiliſſima ⁊ digniſſima in ſummo· No//
tandũ igitur ꝙ ſicut in oppoſito tactũ eſt
nobilitas genealogie completa conſiſtit ĩ
tribus· in conditionis libertate· in officij
dignitate· in vite ſanctitate. Libertas con
ditionis in tribus conſideratur. ſcꝫ ĩ cau//
ſa· in ſubſtãtia· in efficientia· Libertate q̃ ẽ
in cauſa ſiue origine beatiſſima virgo fuit
liberrima. vtpote principis filia· cui dixit
deus· In yſaac vocabit̃ tibi ſemen· Yſaac
aũt nõ eſt filius ancille ſed libere. Iteꝫ ad
patrẽ. princeps dei es inter nos· Itẽ ad fi
liã· q̃ꝫ pulcri greſſus tui vt ĩ calciamẽtis fi
lia ꝓncipis· i. oꝑa tua in ſcõꝝ exemplis q̃s
imitaris et oẽs excellis. ⁊ ſic fuit liberrima
in cã· In ſubſtãtia quã facit liberã imuni//
tas a pctõ ⁊ gratie plenitudo. Fuit etiã li//
berrima. Vñ· Aue gratia plena. Qui eniꝫ
facit pctm̃ ſeruus eſt peccati· ita econuerſo
vbi ſpũs dñi ibi libertas· Ipſa igit̃ beata
virgo ſemẽ abrahe eſt. peccato nõ ſeruiuit
vnq̃ꝫ· implẽs illud aplĩcũ· Sic incipite ſic
loquimi. ſic facite tanq̃ꝫ incipientes iudi//
cari ꝑ legeꝫ ꝑfecte libertatis· Et ſic liberrĩa
fuit ĩ ſubſtãtia que nunq̃ꝫ fecit pctm̃ ⁊ gra
tie plena· Fuit etiã liberrima in efficientia
paſſiua ⁊ actiua. ſeruis eñ dr̃. Si filiꝰ vos
liberauerit vere liberi eritis· Et ſcḋm glo· li
berauit ponit̃ ꝓ libertauit. Si igit̃ ſeruꝰ q̃
ẽ ſeruus filij libertat̃. mltõ fortius mater fi
lij liberrima fuit. Item ſi veritas illos libe
rat quos illuminat. potius illã liberauit q̃
eũ generauit· Iteꝫ in efficientia actiua li//
berrima fuit. ipſa eſt eñ ꝑ quã omnis crea
tura a ſeruitute corruptiõis liberata eſt in
libertatẽ gratie filioꝝ dei. vbi ceſſat omnis
ꝑlatio· vbi ſeruus liber eſt a dño ſuo· Si//
cut aũt orta eſt a nobiliſſimis. ſic a dignif
ſimis traducta. fuit igit̃ nobiliſſima fuit in
cã· ſubſtãtia ⁊ efficiẽtia. In cã triplex ẽ di//
gnitas a quibus eſt originata· regalis. ſa
cerdotalis. ꝓphetalis· Prima corꝑalis. ſe
cũda ſpũalis· tercia celeſtis· qꝛ futura ꝑdi
cere donũ eſt dei. Orta eſt de ſtirpe regali
vt ĩ dauid ⁊ alijs· Patriarchali vt ĩ abra//
hã ⁊ alijs· Prophali vt ĩ nathan· ⁊ ſic fuit
digniſſima ĩ cã· Siĺiter etiã ĩ ſubã. ipã eñ
habuit iſtã triplicẽ dignitatẽ in ſubã ſua ⁊
ꝑſona. Fuit eñ regina que aſtitit a dextris
eius in veſtitu deaurato· Fuit et ſacerdos
iuſticie· qui ꝓprio filio nõ pepercit. ſed ſta
bat iuxta crucem Ieſu vt dicit Ambroſiꝰ.
nõ vt ſcꝫ filij mortem aſpiceret. nõ vt dolo
rem filij conſideraret· ſed vt ſalutẽ huma//
ni generis expectaret· Fuit etiaꝫ ꝓphetiſſa
ſapientie. Acceſſit inquit ad ꝓphetiſſaꝫ ⁊c̃
Et ſic fuit digniſſima in ſubſtantia· Fuit
etiã digniſſima in efficientia. ipſa eñ tri//
plicem dignitatem originaliter tranſmi//
ſit in filiũ principaliter· ſpecialiter in nos·
poſt hoc generaliter filium genuit· qui rex
⁊ ſacerdos ⁊ ꝓpheta fuit· Rex qui in veſti
mento ⁊ femore ſcriptũ habet. Rex regum
dñs dominantiũ· de quo ſolo ſapiẽtes re
ges queſierũt dicẽtes. Vbi eſt qui natus
eſt rex iudeoꝝ· Sacerdos qui ẽ ſacerdos
iuſticie q̇ eſt ſcḋm ordineꝫ melchiſedech. q̃
ꝑ ꝓpriũ ſanguinẽ introiuit ſemel ĩ ſcã eter
na redemptoe inuẽta Hebr̃. ix· Ipſe ꝓphe
ta potẽs fuit ĩ oꝑe ⁊ ſermone Luc̃· Iſtã tri
plicẽ dignitatẽ beata virgo in nos trãſmi
ſit. que nos deo fecit regnũ ⁊ ſacerdotium
immo regale ſacerdotium ⁊ ſacerdotale re
gnũ· de quo dicitur Luc̃· Regnabit ĩ do
mo Iacob ⁊c̃· Sic igitur patet quomodo
nobiliſſime genealogie btã virgo fuit. Qḋ
autẽ querit̃. quid fuerit iſta nobilitas ſcḋꝫ
carnẽ· Reſpõdemus ꝙ nobilitas ſcḋꝫ car
nem eſt traductio carnal' originis a parẽ//
tibꝰ ſcḋꝫ ſclm̃ ĩ diuitijs vel potẽtia vł dñio
cõſtitutis. ex q̇bus quantũ ex ꝑte nature ẽ
cauſatur ĩ filijs ſimilitudo ꝯplexiõis ⁊ cõ//
formitas moꝝ ⁊ imitatõ oꝑatõnis· homo
eñ pauꝑ ⁊ ignobilis ſi in diuitijs incipit
affluere· icipit delicijs magiſ vacare· cibis

delicatioꝛibus ſe nutrire. ⁊ ſic completio/
ne nobilitata exercitijs honeſtioꝛibꝰ ſe oc/
cupare. damna ꝓpria minus curare ꝓpriis lu
cris minus inhiare. alienū dñm minus ti
mere. dona minus curare. libertatē magis
appetere. maioꝝ ꝯſoꝛtia ꝯtrahere. cū ipſis
matrimoniū iūgere. ⁊ opera eoꝝ ⁊ mores
imitari. Et ſic natura primo ſeruit ⁊ igno
bilis victa ꝑ cōſuetudinē ī ꝯtrariū trāſmu
tať. Et q̄nto hoc a remotioꝛi et diuturnio
ri radice ad ramos trāſmittiť. tāto magis
nature inclinatō indurať ⁊ inſeꝑabilioꝛ ef
ficiť vt ī filijs q̄ꝝtū ē ex ꝑte nature ad ꝯſilia
parētibꝰ inueniať inclinatō naturał. ⁊ hoc
apponiť nobilitati carnis. que q̄ꝝtū eſt de
ſui natura ſꝑ ad honeſta ⁊ decētia plus q̄ꝫ
ad vilia inclinať. ⁊ hoc totū veꝝ eſt niſi li/
bertas arbitrij vel cōſuetudo vel alia cau/
ſa extrinſeca ꝯtrariū opeť. Et ſic patet ꝙ no
bilitas nō eſt tm̄ ex qualitate cōplexionis.
cū rex vel digna ꝑſona melācolice cōplexi
onis magis ſit audax vel largus ruſtico ꝓ
pter cōſuetudinē ſanguinee cōplexiōis. li/
cet eñ aīa nō ſit ex traduce tñ extͣs ī carne
oꝑať plus vel foꝛtius. frequētius. ſm̄ ꝙ a
carne amplꝰ ad aliquid inclinatur.

Quod aūt ſola nobilitas mētis vi/
deť laudāda. reſpōdemus ꝙ ſi q̄li
tas oꝑatōis cōtraria agit nobilita
ti originis. tāto vicioſioꝛ ⁊ deteſtabilioꝛ eſt
defoꝛmitas oꝑationis. quāto magis ē con
tra naturalē inclinatōꝫ origis. ⁊ ſic magis
ē culpabilis vicioſus nobilis q̄ꝫ ignobilis
vbi aūt nobilitas originis ꝑficiť et oꝛnať
nobilitate moꝝ ⁊ oꝑatiōis. vtraq̄ꝫ p̄ſtat al
teri munimentū laudis. deinde v̄tus ori/
ginis oſtēdiť ī oꝑatiōe. nō quaſi aduēticiā
et cito mutabilē. ſed quaſi ꝓpriā et innatā
⁊ debitā nobilitatē cōtraxerūt a parente. et
dū virtus mentis fundamentū ⁊ radicem
habet nobilitatē carnis. difficilius a v̄tu/
te moueť dignitatibus nō mutabilibus ſꝫ
quaſi innatis minus eleuať. et humiliatio
nibus quaſi magis indignis altius exal/
tať. Et dū virtus mentis foꝛſan repuerit.
ip̄a carnis nobilitas ip̄aꝫ ad nobilia exci/
tat. Inde ē ꝙ qn̄ he due nobilitates coniū
gunť ambe merito laudanť. vn̄. fulgebat ī
venerādo duplex decus gregoꝛio. Senato
ria dignitas. volūtaria paupertas ⁊c̄. Si
aūt ſeꝑarenť. nobilitas carnis non laudať
ſed vituꝑať. nobilitas eñ mētis ſine nobi
litate carnis tāto amplꝰ laudať q̄nto etiā
ꝓpriā vincēs naturā laudabiliter oꝑať. v̄/
ſus. Malo pater tibi ſit terſites dūmō tu
ſis. Eacide ſilis vulcania q̄ꝫ arma capeſ
ſcs. quā de terſite ſimilem ꝓducat achilles
Itē alꝰ. Cōſultoꝛ ꝑceꝝ ſeruos ꝯtēne bilin
gues. Qd̄ etiā obijciť ꝙ nō multi potētes
ſm̄ carnē ⁊ nō multi ſapiētes ⁊c̄. dicimꝰ ꝙ
hoc intelligendū eſt de p̄dicatoꝛibus ꝑ q̄s
mūdus ad fidē erat cōuertēdus. quos cō/
gruebat plebeios eſſe ⁊ indoctos. ne eoꝛū
potētie vel ſapie vel dignitati aſcribereť il
lud quod deus ꝑ gratiā et eoꝝ miſterium
oꝑabať. ⁊ ſic crux chꝛiſti euacuareť. vn̄ cō/
gruebat ꝙ nō indoctis humāe ſapie ver/
bis. nec in potētia dignitatis hoīes ad fi/
dē deciꝑenť vel cogerenť. ſed ſimplicibus
ſimpliciū verbis exterius cooꝑantibus. di
uina virtute interiꝰ oꝑante. humił ad hūi/
lē humiliter vocareť. et ſic deus humił ex/
altareť. ⁊ dyabolꝰ qui ꝑ ſuꝑbiā vicerat per
humilitatē vincereť. vnde gloſa ibidē. Si
nō fideliter p̄cederet piſcatoꝛ. non humili
ter ſequereť oꝛatoꝛ. Aliud aūt refoꝛmabat
ꝑ actum in matre quā decebat modis om
nibus q̄bus potuit exaltare. et ſibi noſtraꝫ
naturā vniendā in ipſa de qua eā aſſum/
pſit ꝑ oīa honoꝛare. vt ſua igiť erga nos
gratia tāto maioꝛ appareret. quāto noſtrā
naturā ſibi inſeꝑabilius vniret. ⁊ q̄nto me
diū illius vnionis multiplicius decoꝛaret
eiuſq̄ꝫ hūilitas tanto ꝓfundioꝛ et maioꝛis
gratie capacioꝛ fieret. quāto etiaꝫ et gratie
plenitudo et nobilitas eleuaret.

Poſt hec queri

mus cū de genealogia nobi/
liſſima deſcēdiſſet virgo bea/
ta quare ꝑ ſe nō ſit ſed ꝑ Ioſeph genealo/
gizata. Solutio. ad quod ſic reſpōdiť da
maſ. Opoꝛtet ſcire ꝙ nō fuit cōſuetudo he
breis neq̄ꝫ diuine ſcripture genealogizare
mulieres. lex aūt erat nō deſpōſare tribum
ex tribu alia. Ioſeph aūt ex dauidica deſcē
dens ſtirpe et iuſtus extͣs. hoc eñ teſtatur
euāgeliū diuinū. nō vtiq̄ꝫ incuit virgineꝫ
ſanctā ad deſponſatōeꝫ duxiſſet. niſi et eiꝰ
ſtirpe deſcēderet. Monſtrās igiť viri Io/
ſeph deſcenſionē contentus eſt.

Ex hoc aūt oꝛitur queſtio quare ſa/
cra ſcriptura nō genealogiſet mu
lieres et maxime beatam virginē.
Etem̄ ſi hoc eſſet ꝓpter ſexus indignita
tem. tunc cum maioꝛ ſit indignitas culpe

q̃ nature·potius mali q̃ mulieres nõ debent genealogizari. hoc autēꝫ patet eſſe falſum· vt in cayn ⁊ eſau. Si autem hic diceretur ꝙ ſit ꝓpter generandi principalitatem. quia maſculus generat in altero· femina ab altero· ꝑ hoc dictum nõ ſoluit̃ ꝙ genealogizandi a maribus ⁊ femis generatur· Si autē diceret̃ ꝙ hoc ſit ꝓpter peccati principiũ quod fuit a muliere· ſm̃ hoc viri nõ debent genealogizari. q꞉ ꝑ viꝝ trāſmiſſuꝫ eſt peccatũ originale. q꞉ in adā omnes peccauerunt· nõ eñ peccatum originale contraxiſſemus ſi adā nõ peccaſſet et ꝑ aliam generaſſet. Item ſi dicit̃ ꝙ hoc eſt ꝓpter miſteriũ. quia filij ſignant opera ꝟtutum. filie opera infirmitatiſ· hoc etiā ſufficere nõ videtur· cum mali filij directius ⁊ exꝑſſius opera mala ſignificent q̃ filie. Et ſic nulla videtur cauſa ꝙ mulieres nõ genealogizentur in ſacra ſcriptura. Item ꝯſtat ꝙ hoc ipm̃ ꝙ nõ genealogizant̃ ſit ī aliquā penā mulieꝝ. igit̃ quicquid fiet de alijs illa benedicta inter mulieres exēpta ē ab omni pctō muliebri ceſſante cauſa maledicti debuit genealogizari.

D hec reſpõdemus ꝙ nõ eſt ſacre ſcripture mulieres genealogizare. ꝓpter cauſas ī oppoſito tactas ſimul iunctas· quia ſexus indignioꝛ natura poſterioꝛ. culpa prioꝛ· ad opa infirmitatis ꝯgruētioꝛ ſignāda· Vñ apl̃us ad thy· Mulier ī ſilētio diſcat cũ omni ſubiectõe. docere aũt mulierē nõ ꝑmitto. neq꞉ dñari ī viꝝ ſed eſſe ī ſilētio· Adā primo formatꝰ eſt· deinde eua· Adā nõ eſt ſeductus mulier aũt ſeducta in ꝑuaricatõe fuit. Qd̕ autē primo obijcit̃ ꝙ mali genealogizent̃. hoc nõ eſt inquantũ mali ſunt vel q꞉ mali. nec ē de principali intētõe ſcripture inquantũ hmoi eos genealogizare· ſed accidit ꝙ mali nõ inquantuꝫ mali generent̃ a bonis· et boni licet vt hmõi nõ deſcēdāt ab ipis. vñ cũ alicuius boni actiua generatõ deſcribitur. ⁊ qñq꞉ mali ⁊ qñq꞉ boni ponunt̃ q̇ omnes inquantũ boni, bonitate nature a bono naturalit̃ oriunt̃. Silr̃ qñ alicuius boni generatio paſſiua deſcribit̃. ⁊ boni pr̄es ⁊ mali numerant̃. q꞉ bonꝰ a bonis ⁊ a malis ꝓpagat̃· Itē trāſgreſſio pctī mulieri principalius imputat̃· q꞉ origo pctī ade· ⁊ per ꝯſequēs oīm ꝑdictoꝝ ipſa fuit. Itē filie ſignant conuenientius opera mala q̃ filij mali· mali eñ non ſunt inquantũ mali· ſꝫ inquantũ boni. ⁊ ſic minꝰ cõgrue ſignatur exitus mali a bono. Filie autē ratõe ſexus ſunt infirmiores. ⁊ ſic opera infirmitatis ſignificāt cõgruentius· his ergo ratõibus mulieres in penaꝫ earum nõ genealogizant̃· a qua maledictione penitus exempta fuit beata virgo. cuius genealogia expreſſiſſime declarat̃ ⁊ patentiſſime euangelizat̃. ⁊ in hoc quoq꞉ cõmendat̃ eius priuilegiũ dignitatis. ꝙ ꝑ omnibus mulieribꝰ genealogizatur. quod notat excellentiā dignitatis. Quod autem hoc fit ꝑ virum ſibi deſponſatum declarat eminentiā humilitatis. vt manifeſtetur mirabilis pulcritudo dignitatis ⁊ humilitatis. cum ⁊ dignitas excellit humilitatē. ⁊ humilitas ſuper omnia precipue ornat dignitateꝫ· Unde Bern· Que eſt virtutũ equepotēs oīm demonũ debellare ſuꝑbiam ⁊ tyrannidē hominũ. ceteꝝ cũ omni indr̃iter ꝑſone hec ſit quedā turris fortitudinis a facie inimici. neſcio quo pacto cũ viuius vis maioꝛ ē in maioribus ⁊ ī clarioribꝰ clarioꝛ cõꝓbat̃ nulla ſplēdidioꝛ gēma ī omni ꝑcipuo ornatu ſummi põtificis· que eñ celſioꝛ ceteris eo humilitate paret illuſtrioꝛ ⁊ ſeipo. Sic igitur priuilegiauit dñs matrē ſuam ſuꝑ oēs mulieres in eo ꝙ genealogizat̃. ⁊ ī humilitate ornat ꝙ hec genealogia ad ipaꝫ ꝑ virum deſcendere denunciatur.

Oſt hoc q̄rit̃ de hoc ꝙ dicit. ⁊ nomē ꝟginis ī gtō ⁊ ſupius d̕ ioſeph cui nomē ꝑ datiuũ· Ad qd̕ reſpondemus ꝙ datiuus ꝯſtruit̃ acq̇ſitiue· gtūs ꝟo poſſeſſiue· ⁊ nomē Joſeph aſcribit̃ per dtm̃. q꞉ ſignatõ nomis ſui ꝑſonat augmētũ qd̕ ꝑ ſpõſalia ei d̕ btiſſima ꝟgine ē actu aliter acquiſitũ. beata aũt virgo ſcificatõꝫ ſui nomis nõ quaſi de nouo acq̇ſiuit· ſꝫ etiam in hoc nata fuit· ſemꝑ eñ ſtella maris fuit. ⁊ tā ꝑcedētes ſe q̃ ſequētes illuminauit. q꞉ niſi ꝑ fidē verbi incarnati vel incarnādi de ꝟgine nũq꞉ aliter ſalus fuit· vnde ipſa in fide et hoīm ⁊ dei electõe ⁊ cõfirmatõe dña ⁊ regina creaturaꝝ ſemꝑ fuit·

Oſt hoc querit̃ quō cõgruit matrē dei appellatā fuiſſe mariā. Videtur ꝙ potiꝰ appellari debuit eua. q꞉ in Geñ. dicit̃. Et vocauit nomen eius euam. eo ꝙ eſſet mater omniũ viuentiũ· ſi ḡ illa eſt eua appellata que erat mr̃ omniũ viuētiũ vita nature· mł̃to fortiꝰ illa btiſſima ꝟgo debuit vocari eua que eſt mater oīm

viuentiuꝫ vita gratie. Eua eñ interpꝛetaᷓ
vita. Jtē nunꝗꝫ inuenit̄ in veteri teſtamē//
to ꝑ aliquā mulierē huiuſmodi nomīs ſi//
gnificata. igit̄ videt̄ ꝙ potius debuit vo//
cari Rachel vel Rebecca vel Judith vel
Heſter. ꝑ quas fuit beatiſſima virgo figu//
rata. Jtē cum iſta virgo fuit ſingularis in
ter omnes que nec pꝛimā ſimilē viſa ē nec
habere ſequentē in re. igit̄ nec ſimilē habe
re debuit in nomine. igit̄ cū multe ante et
poſt fuerant marie. dña noſtra non debuit
illud nomen habere. Jtē ſicut ſe habet res
ad rē. ita nomen ad nomen. ſed beata vir//
go poſt filiū dñm noſtꝝ ieſum chꝛiſtū ei ſi
milima fuit in re. igit̄ ⁊ nomine. igit̄ videt̄
ꝙ a chꝛiſto chꝛiſtiana debuit vocari. vel a
recreatione recreatrix appellari. vel aliud
digniſſimū nomen cogitari. Jtem cantat
eccleſia. Sumens illud aue mutās nomē
eue. igitur videtur ꝙ beatiſſima virgo de
beret aue appellari.

Ad hoc reſpōdemus ꝙ nomen ma
ria in hoc loco beatiſſime virgini
cōgruētiſſime adaptat̄. ⁊ ꝓpter rei
ꝑfectōem que in nomine denotat̄. ⁊ ad ex
pꝛimendā ꝓpꝛietateꝫ cōceptionis que hic
annunciat̄. ⁊ ad ſtatū deſignandū media
tionis beatiſſime virginis. qua mediante
genus humanū ꝑ mare hui⁹ ſeculi ad poꝛ
tū celi. exemplo. ſuffragio ⁊ merito reuoca
tur. Unde bern. Loquamur pauca d̾ hoc
quod interpꝛetat̄ ſtella maris ⁊ ꝟgini ma
tri congruenter adaptat̄. Jpſa nāꝗꝫ aptiſ
ſime ſideri compatur. qꝛ ſicut ſine ſui corre
ptione ſidus emittit radiū. ſic abſꝗꝫ ſui le
ſione virgo ꝑturiuit filiū. nec ſideri radius
ſuā minuit claritatē. nec virgini filius ſuā
integritatē. Jpa autē eſt ſtella nobiliſſima
ex Jacob oꝛta. cuius radius vniuerſuꝫ oꝛ
bē illuminat. cuius ſplēdoꝛ etiā ꝑfulget in
ſupꝛius. inferos penetrat. terrā etiā perlu//
ſtrās. ⁊ calefaciens magis mētes ꝙꝫ coꝛpa
fouet virtutes ⁊ excoquit vicia. Jpa inquā
pꝛeclara ⁊ eximia ſtella ſup hoc mare ma//
gnū ⁊ ſpacioſum neceſſario ſubleuata. mi
cās meritis. illuſtrās exemplis. O qui te in
telligis in huius ſeculi ꝓfluuio. magis in
ter ꝓcellas ⁊ tēpeſtates fluctuare ꝙꝫ ꝑ ter//
ram ambulare. ne auertas oculos a fulgo
re huius ſideris. ſi non vis obꝛui ꝓcellis. ſi
inſurgant venti tēptationū. ſi incurras ſco
pulos tribulationū. reſpice ſtellam. inuoca
mariā. Si iracūdia. ſi auaricia. aut carnis
illecebꝛa naiculā concuſſerit mētis reſpi//
ce ad mariā. Si criminū imanitate turba
tus. conſcie feditate cōfuſus iudicij terro//
re ꝑterritus. baratro incipias ꝑturbari. vl̄
abſoꝛberi triſticie ⁊ deſꝑationis abyſſo. in
ꝑiculis. in anguſtijs. in rebus dubijs. ma
riā cogita. mariā inuoca. nō recedat ab oꝛe
tuo. nō a coꝛde. ⁊ vt impetres eius oꝛōnis
auxiliū. nō differas cōuerſationis exēplū.
ipſam ſequēs nō deuias. ipaꝫ cogitās nō
erras. ipſa tenēte nō coꝛruis. ipa ꝓtegente
nō metuis. ipſa duce nō fatigaris ipa ꝓpi
cia ꝑuenis. ⁊ ſic in temetipſo expiris ꝙꝫ me
rito dictū eſt nomen virginis maria. Ma
ria eñ interptat̄ dña. ſtella maris. illumi//
nata. illuminatrix. amaꝝ mare. Jpſa enīꝫ
omniū quoꝝ deus dñs eſt. dña eſt. in quo
notat̄ ſingularis excellentia veri ſolis. ſine
coꝛruptōe vel diminutione vel ſui degene
ratōe. i quo expꝛimunt̄ ꝓpꝛietates cōcepti
onis. Jpſa eñ eſt diuinaꝝ illuminationū
immediate ſuſceptiua Jpſa oim bonitatū
vniuerſaliter diſtributiua. Jnde dicit̄ ſtel
la maris. quia omnibus pñtis vite gratijs
ſemꝑ pleniſſima. vnde dicit̄ maria. quia ſi
cut in mari eſt cōgregatio omniū aquarū.
ita in ipſa eſt aggregatio omniū gratiaꝝ.
Unde Geñ. i. Cōgregatōes aquaꝝ voca
uit maria. locus aūt gratiaꝝ omniū voca
tur maria. Jpſa eñ in ſuipſius cōuerſatō
ne ꝑ totū amara. in filij paſſione amariſſi//
ma omnibus de amaritudine exeuntibus
ipſa exemplū fuit ⁊ cauſa. His aūt rationi
bus beatiſſima virgo maria hic appellat̄
maria. non autē hic eua debuit appellari.
eo ꝙ ſit mater omniū viuentiū ꝑ generati
onē ſpūalem cū de illa ꝑ ſe hic nō agat̄. ſed
de carnali eius generatiōe qua ex caſtiſſi//
mis carnibus ⁊ ſanguinibus genuit deus
eius vnigenitū ⁊ omniū redemptoꝛē. Hec
igit̄ in filij cōceptione ſine doloꝛe anteꝗꝫ
ꝑturiret peꝑit maſculū filiū ſuuꝫ pꝛimoge
nitū ieſum xp̄m. Poſtea vero tꝑe paſſiōis
ꝑturiuit terra in die vna. ⁊ ꝑturiebat̄ gens
ſimulꝗꝫ ꝑturiuit. ⁊ filios ſuos peperit. hec
aūt quia nō parit niſi filiū ſuū pꝛimogeni
tum ſine doloꝛe. ſine coꝛruptione. ſine di//
minutōe cōgruenter deſignat̄ nomīe ſtel//
le. Et ſicut ſydus radiū parit virgo filiuꝫ
pari foꝛma. neꝗꝫ ſydus radio neꝗꝫ virgo fi
lio fit coꝛrupta. Tempꝛe vero paſſionis v//
bi mater miſcdie patri miſcdiaꝝ in oꝑatō
ne ſumme miſericoꝛdie affuit. et doloꝛem

paſſiõis ſecũ ſuſtinuit.nã ipſius aiaꝫ ꝑtrã-
ſiuit gladius ⁊ ꝯſors paſſiõis.adiutrix fa-
cta e redẽptõis ⁊ mater regeneratõis. vñ
ibi ꝓpter fecunditatẽ ſpũalẽ qua totius ge
neris humani mater ſpũalis effecta ẽ.non
ſine ꝑturitiõe doloris oms nos ĩ vitã eter
nam in filio ⁊ ꝑ filiũ vocauit ⁊ regenera-
uit. Mulier merito dicta fuit.noĩe aũt eue
vocari nõ debuit cũ in re et effectu ꝯtraria
ei fuit ꝑ omnia. Illa eñi damnauit iſta ſal
uauit.vnde ⁊ ipſa nomẽ eue mutauit.non
voce quidẽ ſed re. Illa quidẽ omnes gene
rauit in mundũ.iſta in celos. Illa mater
carnalis.iſta ſpiritualis. Iſta mater miſe
ricordie.illa principiũ mortalitatis. Iſta
principiũ regeneratõis.illa gratiã ꝑdidit
iſta gratiã inuenit.illa trãſiuit et nos trãſi
re fecit de gratia in culpam.iſta ſurrexit et
nos ſurgere fecit ſecũ de culpa in gratiã.il
la de latere viri dormientis facta eſt.iſta de
corde dei vigilantis. Illa viro ſuo occaſio
ꝑditõis.hec viro adiutoriũ redemptõis.il
la deſpõſat mater ⁊ origo corruptaꝝ.hec
deſpõſat mãſura virgo mater ꝟgo virgi
nũ.hec ꝑma virginitatẽ ꝑdidit.iſta primo
virginitateꝫ deo cõſecrauit.hec a dyabolo
decepta.hec ab angelo edocta. illã dyabo
lus vicit ꝑ ſupbiã. iſta vicit dyabolũ ꝑ hu
militatẽ. Et ſic patet qualiter mutauit no-
mẽ eue. Qd aũt obiicit ꝙ ꝑ nullũ hoĩs no
mẽ figurat.dicimus ꝙ hoc ꝯgrua diſpẽſa
tione agit.vt dũ nulla ipſam figurans ſilẽ
habeat nomen.ipſa ſignificantiũ omniũ
debet tranſcendere rõeꝫ. vtpote que nec ꝑ
mã ſimilẽ viſa eſt nec habere ſequentẽ. Qd
aũt hmõi nominis añ et poſt femine inuẽ
niunt.intelligi dat nobis ꝙ licet nulla fe
minaꝝ ei ſimilet ꝑ equiparantiam. nulla ta
men ab eius ꝑticipatione excludit.ĩ ſignũ
igitur ꝙ res ſui nominis omnibus cõica-
re deſiderat ꝑ effectum.⁊ nihil ſibi retinere
cupiens priuate.ꝓprium cõicat aliis etiaꝫ
ſuũ nomen. Itẽ nõ debuit ei eſſe aliqd no-
men a creatore vel a xp̃o. quia ĩ iſta annũ
ciatõe nõ agit qualiter ipſa a xp̃o ſed qua
liter xp̃s ab ea ꝓcedit. chriſtiani nomẽ nõ
erat ei ſpecialiter imponẽdũ quod erat ad
omnes generaliter deriuandũ. Et ſi aliqd
nomen ei aptare potuerit excellentiori di
gnitate tamen nullũ a maiori negocii de
quo agitur ꝓprietate.vt patꝫ ꝑ ſupradicta
verba beati Bern. Ex quibus colligitur ꝙ
tribus de cauſis ꝑ hoc nomẽ ĩ hoc loco be

atiſſima virgo ꝯgruẽtiſſime noĩat.ſ.ꝓpter
ꝑſone ſue dignitatẽ.actõis ſue vtilitatẽ.cõ
ceptiõis diuine ꝓprietatẽ. dignitas ꝑſone
exprimit ꝑ naturã lucis que intelligitur ꝑ
ſtellã maris. Nihil eñi digni⁹ luce vel no-
bili⁹. Cui⁹ rõ. qꝛ primo ⁊ principaliṫ diue
nature. poſterius nature angelice. vltimo
corporee nature cõpat. Et nihil ẽ nobili⁹ ĩ
corꝑibus luce corꝑali.in ſpũalib⁹ luce ſpũ
ali.in ſummo aũt nobil' lux diuine nature.
deus eñi lux ẽ ⁊ tenebre in eo nõ ſunt vlle
Vñ lux ad illã lucẽ immediatiſſima. ſcd̃o
loco erat nobiliſſima. hec aũt erat beata ꝟ
go que nõ ſolũ ab hac luce ſicut luna a ſo
le illuminata fuit ſed ſicut aurora de ſe ſo
lẽ ꝓduxit.que omnia illuminabilia illumi
nauit. et ſic per naturam lucis exprimitur
dignitatis excellentia beatiſſime virginis
tiſſima autem virgo ſcðm veritatem. Jtem
paulus diuerſis hominibus et ſtatibus ſe
pꝛo tempoꝛe et loco confoꝛmauit ſcðm ſi⸗
militudinem et conſuetudinẽ et condeſcen
ſionem.beatiſſima autem virgo ſimul et ſe
mel diuerſis tempoꝛibus et etiam oppoſitis
ſe confoꝛmauit ſcðm rem et veritatem rei ſi⸗
mul.etem̃ ſcðm rẽ et matribus et virginibus
ſe confoꝛmauit et viduis et hominibus et an
gelis.et ideo fuit impꝛopoꝛcionabiliter tra
ctabilioꝛ alijs viatoꝛibus. Sic igitur patet
ꝙ beatiſſima virgo habuit fructum manſue
tudinis in ſummo.

Oſt hec queri
tur de benignitate que ẽ vt di
cit gloſa largitas rerũ. Qð au
tem illa fuerit in beatiſſima virgine ĩ ſum⸗
mo pꝛobatur hoc modo. largitas reꝝ con
ſiſtit in dando. Sed beatiſſima virgo im
pꝛopoꝛcionabiliter oĩbus dedit. igitur im
pꝛopoꝛcionabiliter plus oĩbus larga fu
it. Minoꝛ patet hoc modo. de deo pñe di
cit apoſtolus. Qui ꝓpꝛio filio ſuo nõ pep
cit quõ nõ omnia nobis cum illo donauit
Sed deus dedit nobis filiũ generãdo ip
ſum ſm diuinã naturã et eius incarnatio⸗
nẽ opãdo.ergo et beata virgo dedit no⸗
bis filiũ ipſum generando ſcðm naturam
humanã ad ipſius incarnationem carnem
virgineam miniſtrando.igitur et ipſa fili⸗
um ſuũ nobis dedit et in eo nobis omnia
contulit. Jtem beatiſſima virgo dedit om
ne dabile.igitur fuit magis larga omni vi
atoꝛe. Media patet. Omne dabile eſt de⸗
us vel creatura.ipſa autem dedit deũ mũ
do et mundũ et oĩa deo. De pꝛimo dicitur
in libꝛo Sap. Qm̃ oĩm bonoꝝ mater eſt.
De ſcðo.venerũt mihi oĩa bona pariter
cũ illa. Jtẽ pſ. Benigne fac. Glo.filiũ mit
tẽdo et peccata dimittẽdo Sed inter oĩs
creaturas beatiſſima virgo ad filij miſſio⸗
nẽ et peccati dimiſſionẽ ſola officium et mi⸗
ſterium exhibet.igitur impꝛopoꝛcionabiliter
plus omnibus dedit et dimiſit.ergo imp⸗
poꝛcionabiliter plus omnibus benigna fu
it. Jtem ad Coꝛinth. Caritas eſt patiens
eſt benigna.he ſunt per ſe. igitur vbi cari⸗
tas maioꝛ benignitas maioꝛ. Sed beatiſ⸗
ſima virgo in ſummo habuit caritatem. igi
tur et benignitatem. Jtem Luce.vij. Sicut
et pater veſter ſuper ingratos et malos beni
gnus. Glo.qꝛ dedit eis poteſtatem filios dei
fieri his qui credunt in noĩe eius etc. Sed
poſt dominũ beatiſſima vgo ĩ ſummo ſuo
modo dedit nobis filios dei fieri per gratiã
nos regenerando.ergo poſt deũ nobis in
ſummo benigna fuit. Media patet. deus
em̃ dedit nobis poteſtatẽ filios dei fieri per
gratiam regenerando. beatiſſima autẽ vir
go dedit nobis poteſtatẽ filios dei fieri re
generatoꝛẽ noſtꝝ generãdo.vñ Luce. Ma
ria pepit filiũ ſuũ pꝛimogenitũ.vnũ filium
ſcðm carnẽ genuit in quo nos oẽs ſm ſpm̃
in filios dei regenerauit.

Oſt hec queri
tur de fide. Dicitur autem fides
ſcðm glo. inuiſibilium certitu
do.intenditur autem delectatio ex certitudi
ne tribus modis. Pꝛimus eſt per ſcibilium
pluralitatẽ vt ſi eſt delectatio in ſciẽdo.qñ
to plura ſciuntur tanto maioꝛ eſt delectatio
ſed btiſſima virgo plus alijs oĩbus ſci⸗
uit igitur plus omnibus hũc modũ delecta
tõis habuit. Scðs modus eſt per nobilita⸗
tẽ et melioꝛitatẽ ſcitoꝛum vt ſi eſt delectatõ
in ſciendo talia maioꝛ delectatio erit in ſci
endo nobilioꝛa et melioꝛa.ſed beata vir⸗
go ſciuit impꝛopoꝛcionabiliter nobilio⸗
ra et melioꝛa ad ſciendũ alijs ſcz deũ et tri
nitatẽ et ſuã btitudinẽ ꝓpꝛiã. igitur eius dele
ctatõ quã habuit in ſciẽdo oĩm alioꝝ dele
ctatiõibus fuit im ꝓpoꝛciõabilis.nihil em̃
delectabilius ſcire aĩe ꝙ̃ ſcire dñm deũ. et ſe
ab ipſo ſcire nunq̃ ſeparandam Tercius mo
dus ẽ per modũ ſciẽdi pfectioꝛẽ vt ſi delectat
aliq̃d ſcitũ taliter ſcitum plus delectat qð
ſcitur pfectius.ſed btiſſima vgo impꝓpoꝛciõa
biliter plus ſciuit pfectũ ergo impꝓpoꝛciõabiliter
pfectioꝛẽ habuit delectatõem in ſciẽdo. Jtem
mũdicia pcedit viſionẽ. viſio certitudinem
certitudo delectatõem.ſed btã virgo habuit

impꝓꝛcionabilē mundiciā igiꝛ viſionem igiꝛ certitudinē. igiꝛ delectatōem. Sic igitur patet q̄liter beatiſſima v̾go ⁊ plura ſciuit ⁊ delectabilioꝛa ad ſciendū ⁊ ꝑfectioꝛi modo ſciendi omnibus alijs. ⁊ ſic certitudinē inuiſibiliū habuit excellētius oīb⁹ alijs. igiꝛ fructū fidei in ſummo habuit.

Poſt hoc queritur de modeſtia· que vt dicit glo· conſiſtit in dictis ⁊ ī factis ⁊ in ſermone· ſed hoc fuit ī ſummo ī beatiſſima vt ꝓbatū ē ſupra· igitur debebatur ei refectō in ſummo· ꝓbatur. Sicut eñ ſe habet cibus ad cibū ita delectatio ad delectatōem· Itē ſicut ſe habet virtus ad virtutē. ita actio ad actōem ⁊ modus actionis ad modum· ſed beatiſſima virgo virtutes habuit in ſummo. igitur ⁊ actiones ⁊ modū. ſed penes modificatiōꝫ conſiſtit modeſtia igitur eam habuit in ſummo igitur ⁊ fructum modeſtie. Itē in virtutibus politicis virtus eſt medietas duoꝛum extremoꝛum vnde ⁊ in his modus conſiſtit circa medium eleuare· in virtutibus autem theologicis tanto magis eſt virtutis eſſe quāto maioꝛ eſt eleuatio ⁊ extenſio ad conſecutiōꝫ finis. vnde modus ibi attendiꝛ ſcđm maioꝛem eleuatōem virtutis. fides eñ tāto magis eſt virtus quanto magis eleuat potētiam ad credenduꝫ· Et ſimili mō ſpes tanto ꝑfectius habet eſſe virtutis quanto magis eleuat potentiā ad ſperandū· Silr̄ in amoꝛe modus eſt ꝑ modū in ſtatu vie eleuare potentiam ad ꝑfectiſſimū actum qui poteſt eſſe in ſtatu vie. hmōi autem eleuatio fuit tm̄ in beatiſſima v̾gine. igiꝛ ipſa habuit modum tm̄ in ſummo· ergo ipa habuit modeſtiam tantū in ſummo· Itē rationabile obſequium veſtrum. Glo· ne q̄d minus vel nimis· hoc autem ſolum conuenit beate virgini preciſe· igitur beata virgo ſola habuit fructum modeſtie ī ſummo. Itē in alijs viatoꝛibus modeſtia eſt cohibitio ⁊ reſtrictio appetituū inoꝛdinatoꝛū a concupiſcentia ſurgentiū. et fructus modeſtie eſt refectio vel delectatō de hmōi cohibitione vel reſtrictione motuū inoꝛdinatoꝛū. vnde eſt quaſi delectatio pugnatoꝛū poſt victoꝛiam. ⁊ ſic eſt delectatio ꝑ moduꝫ penitentie· Modeſtia autem beatiſſime virginis nō eſt de reſtrictione appetituū inoꝛdinatoꝛuꝫ qui in ea eſſe nō poſſunt· ſed eſt ſubiectio carnis ꝑfecta et ſenſualitatis ad ſpm̄ ſcđm talē ⁊ tam plenū rationis dominiū. q̇ nō eſt poſſibile iraſcibileꝫ vel concupiſcibilem vel etiā rationalē excedere ſuuꝫ modum· ⁊ fructus modeſtie in ipſa nō eſt ſuꝑ cohibitione vel reſtrictione motuū inoꝛdinatoꝛum qui in ea nō ſunt. ſed in ea ē delectatio ſuꝑ eo q̇ hmōi motus ei nō inſunt nec ineſſe poſſunt. Et ſic ſua refectio ē ꝑ modum innocentie. refectio autem alioꝛum fuit ꝑ modum penitentie· ſed ſtatū penitentie excellit impꝓꝛcionabiliter ſtatuſ innocentie in dignitate· igitur refectō per modum innocentie refectōem ꝑ modū penitentie· que a pena poteſt demi culpa ꝑhennis erit· Sic igiꝛ patet q̇ beatiſſima v̾go fructū modeſtie impꝓꝛcionabiliter excellentius omni viatoꝛe habuit.

Poſt hec queritur de continentia que vt dicit glo. eſt a licitis abſtinere· ⁊ intelligitur de licitis ⁊ placitis· quia eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis· ⁊ intelligitur hoc de placitis ſcđm ſenſum. quia non eſt virtus abſtinuiſſe a bonis placitis ſm intellectum. illa eñ ſunt ſimpliciter bona ⁊ ſcđm virtutem appetenda. a bonis auteꝫ delectabilibus ſcđm ſenſum abſtinenduꝫ ſumme vero delectabile ſcđm ſenſum ē actus generationis· igitur ab hoc abſtinere eſt maximū virtutis. hoc autem eſt tribus modis· ſcđm abſtinentiam ꝑfectam. vel ꝑfectioꝛem. vel ſcđm ꝑfectiſſimā· ꝑfectaꝫ in coniugatis· ꝑfectioꝛeꝫ in viduis. perfectiſſimam autem vt in virginibus· ⁊ ibi perfectioꝛ ſcđm q̇ virginitas ꝑfectioꝛ. igiꝛ ſimpliciter in ſummo vbi eſt virginitas ī ſummo· ſed hec in beatiſſima virgine fuit ī ſummo· igiꝛ habuit fructum continētie in ſummo· Item virtus eſt circa arduū ⁊ difficile ſed continentia ſcđm abſtinentiam actus generationis maxime eſt ardua ⁊ difficiliſ nature coꝛruptibili precipue circa partem que eſt coꝛrupta ⁊ infecta· igitur vbi eſt illa abſtinentia in ſummo ibi erit continentia in ſummo. hec autem fuit in beata virgine· igiꝛ ipſa habuit continentiā in ſummo. Itē licitū eſt quod nulla lege ꝓhibeꝛ· ſed beatiſſime virgini nō eſt lex impoſita. iuſtis eñ nō eſt lex poſita. vñ ad Gal· enumerat̃ fructib⁹ ſubiūgiꝛ. aduerſus hmōi nō ē lex· igiꝛ ei oīa licebāt· oībus aūt alijs

erat lex poſita. ergo omnia erant ei impro-
porcionabiliter magis licita. igitur impro-
porcionabiliter alijs continentie eius fru-
ctus erat maior. Item augmentat virtutē
cōtinentie abſtinere a rebus nō tm̄ licitis ⁊
placitis. ſed ab aliq̄bus etiā debitꝭ. erit igi-
tur virtus ꝯtinentie ꝑfecta abſtinere a lici-
tis placitis ⁊ debitis. igiť a magis debitis
abſtinere erit maior virtus. Sed beata v̾-
go improporcionabiliter abſtinuit ab ho-
noribus ⁊ rebus ſibi debitis plus om̄ibus
alijs creaturis. ergo ſua ꝯtinentia fuit im-
ꝓporcionabilis omnibus alijs creaturis.
Item vbi augmentat virtutem continētie
abſtinere a magno ⁊ digno ſibi debito ⁊ li-
cito in ſummo. ibi erit continentia in ſum-
mo. Sed honor ⁊ reuerentia que debeba-
tur ei inquantū erat mater dei excellit om-
nē reuerentiā ⁊ omnē honorē debitū crea-
ture. igiť ipſa habuit fructuꝫ continētie in
ſummo. Sic igiť patꝫ qualiter beatiſſima
virgo abſtinuit a ſumme licitis. a ſumme
placitis. a ſumme arduis. a ſumme debitꝭ
a ſumme dignis. ⁊ ſic fructū cōtinentie ex-
cellentius habuit omnibus creaturis.

Post hec queri-
tur ꝺ caſtitate que vt dicit glo-
ſa eſt recte vti licitis. Qꝺ au-
tem fuerit in beatiſſima virgine in ſummo
ꝓbať hoc modo. Triplex eſt ſtatus. ſcꝫ añ
gratiā. p̄ter gratiā. in gratia ⁊ ī gloria. In
primo ſtatu fit oꝑatio ſm̄ naturā. in ſc̄ꝺo
oꝑatio ſc̄ꝺm gloriā. ſed inter hec duo ex-
trema ſcꝫ oīa oꝑari ſc̄ꝺm naturā ⁊ oīa opa-
ri ſc̄ꝺm gloriā ſunt duo media ſcꝫ operari
q̄nꝫ ſc̄ꝺm naturā aliq̄n ſc̄ꝺm gratiā. duo
ſunt extrema ⁊ vnū mediū. igiť erit ⁊ ſc̄ꝺm
mediū ſcꝫ operari omnia ſuꝑ naturā ſem-
per ⁊ ſemꝑ ſc̄ꝺm gratiam. omnia operari
ꝑ gloriam conuenit cōprehenſoribus. ſm̄
naturam corruptam vel incorruptā pecca-
toribus ⁊ irrationabilibus. oꝑari quādo-
ꝫ ſc̄ꝺm naturā. quādoꝫ ſc̄ꝺm gratiā cō-
muniter conuenit viatoribus. igitur ope-
rari omnia ſuꝑ naturaꝫ vel ſemꝑ ſc̄ꝺm gra-
tiā vel nunꝫ ſine gratia cōuenit ſtatui me-
dio inter comp̄henſores ⁊ viatores. ille au-
tē eſt ſtatus beatiſſime virginis. igiť id oꝑa-
ri ꝯuenit btīſſime v̾gini tm̄. ⁊ illud opera-
ri eſt ſumme recte vti licitis. igiť ei ſoli con-
uenit recte vti licito. ergo ei cōuenit caſti-
tas in ſummo. Itē omnes actiones huma-
ne ſunt referibiles ſm̄ actū vie. igiť ſumme
ꝑfectus ſc̄ꝺm ſtatū vie om̄es actōes refert
hoc aūt fuit beatiſſima virgo. igiť ip̄a retu-
lit om̄s actiones ſuas. Itē ap̄lus. ſiue mā-
ducatis ſiue bibitis oīa in gloriaꝫ dei faci-
te. hoc autē eſt referre omnia ad gloriā dei
⁊ hm̄ōi referri eſt vti. igiť contingit omni-
bus recte vti. Sed cū vti cōſiſtat in referē-
do. Eſt em̄ ſc̄ꝺm Aug. vti id qꝺ ī vſum ve-
nerit ad id quo eſt fruendū vel quod ama-
tur obtinēdū referre ſi tm̄ amādū ē. ſicut cō-
tingit referre differēter ita ꝯtingit differen-
ter vti. Sed viatores cōtingit om̄ia refer-
re habitualiter. ſolaꝫ virginē contingit om-
nia referre etiam actualiter. igiť cōuenit ei
vti omnibus imꝓporcionabiliter. Qꝺ au-
tē nulli viatori cōueniat poſſe referre actu-
aliter ſic patet. Omnē aliū neceſſe eſt pec-
care venialiter aliq̄n. ſed quicūꝫ peccat ve-
nialiter non refert illū actū actualiter. igiť
quēcunꝫ neceſſe eſt aliquando venialiter
peccare illuꝫ impoſſibile eſt omnia referre
actualiter. ſed omnē viatorem excepta be-
ata virgine neceſſe eſt aliquādo peccare ve-
nialiter. igitur ipſa ſola potuit om̄ia refer-
re actualiter. Itē inter habitū ⁊ ſtatū medi-
um ē actus. igiť inter ſtatū fruendi ⁊ habi-
tū referendi mediū ē actus referēdi. igitur
inter frui deo ⁊ omnibus ī deo actualiter
⁊ inter omnia referre ad deū habitualiter.
mediū eſt referre actualiter omnia ad deū
cū primuꝫ ꝑtinet ad ſtatū ꝯp̄hēſoris. ſc̄ꝺm
ad ſtatū viatoris. igiť mediū ad ſtatuꝫ me-
diū. hic autēꝫ ē ſtatus beatiſſime virginis.
igiť omnia oꝑa ſua in deū retulit actuali-
ter. ⁊ hoc ē recte vti licitꝭ ī ſummo. igiť ip̄a
ſola habuit in ſummo fructū caſtitatꝭ. pa-
tet. igiť ꝙ ipſa hūit oēs fructꝰ ſpūs ī ſūmo.

Hec autem con-
cedimꝰ omnia ⁊ credimus eſſe
vera. ſicut ex veris ⁊ ꝓbabilibꝰ
ꝑ ordinem ſunt probata. Ad expreſſionem
tamen predictorum intelligentiaꝫ. ⁊ ad vi-
dendum gratuitorum perfectionis diffe-
rentiam quam in plenitudine gratie bea-
tiſſime virginis omnipharia diſputamus
eſſe comprehenſam. nota ꝙ gratuita perfe-
ctio poteſt comꝑari ad duo. ad illud ī quo
eſt vt in ſubiecto. vel ad illud ad quod vel
ad quod ordinat vt ad actum obiectū vel
finem. Sc̄ꝺm comꝑationem quam habet
ad illud in quo eſt ſumunť fructus. perfe-

ctio em̄ gratuita delectat ꝓpriū ſubiectuꝫ ⁊ reficiat ipſum. ⁊ ſcd̄m hoc appellatur fructus. Compatio aūt ad id ad quod eſt vl' ad quod ordinat' poteſt eſſe duob⁹ modis poteſt em̄ eſſe illa compatio vel ſm̄ ſtatuꝫ vel ſcd̄m actū. Si ſcd̄m ſtatū ſic ſunt beatitudines que determināt ſtatū ꝑfectū ſcd̄ꝫ ꝑfectionē gratuitā ꝑ modum vie. ⁊ eſt determinatio ſtatus ꝑ effectus cōpletiſſimoſ ⁊ excellentiſſimos vie. vt eſt omnia relinquere. ſua ⁊ aliorum peccata deflere ⁊ animā ꝑ ꝓximo ponere. et horū ſimilia. Si autem illa fuit ſcd̄m actum hoc poteſt eſſe dupliciter. poteſt em̄ perfectio eſſe gratuita quantū ad actus primos primo in agere gratuito ꝑficientes. vel quo ad act⁹ ſecūdos. ſcd̄o quo ad ꝯſequētes act⁹ ⁊ excellētes ꝑficientes. Si ſcd̄o mō ſic ſunt dona. Si primo mō hoc pōt eſſe dupl'r. q꞉ ꝓmo iſta ꝑfectō i eſſe gratuito pōt eē liberādo a malo ⁊ ſanādo vel ad bonū ordinādo. ꝓmo mō ſunt gratie ſacramentales. ſecūdo modo virtutes.

Wfficiētia autem horum ſacramentorū hec eſt. Cū em̄ ſacramentū ſit medicina contra leſionem a malo. Aut eſt ſeparatiuum membrorum indigentiam ſcd̄m ſe ſingilatim vel in corpore eccleſie. Si ſecundum quod in corpore ſic diuidit' duobus modis. Aut ad multiplicationem fideliū carnalem ⁊ ſic ē matrimoniū. vel ſpiritualem ſic eſt ordo. Si autem eſt contra indigentiam membroꝝ ſcd̄m ſe iſta q̄druplex erit. prima eſt defectus originalis iuſticie ꝑ originalem culpam. ſecundo ex illo ſequitur pronitas ad peccatū ad quam tercio ſequit' actuale peccatū. poſt qd̄ q̄rto ſequitur infirmitas ad recidiuū. Cōtra ꝓmū defectuꝫ ordinat' baptiſmus. Cōtra ſecundū confirmatio. Contra terciū penitētia. Cōtra quartū ſacramentū euchariſtie poſt hec eſt quedā penalitas que nō tollitur omnino. vt quedaꝫ infirmitas ex parte corꝑis ⁊ infirmitas venialis pcti ex parte aīe. Cōtra hanc ordinat' extrema vnctio.

Vfficientia virtutuꝫ ſumit' hoc modo. Virtutū quedā immediate ſunt in deū. quedā mediate immediate aūt virtutes diſtinguunt' ſcd̄m delectabile triū viriū motiuarum. fides reſpectu veritatis. ſpes reſpectu magnitudinis. caritas reſpectu bonitatis. Mediate vero ſunt ſcd̄m tres actus triuꝫ virium. ſcꝫ rationalis. iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis. qui ſunt diſcernere. aggredi. cōcupiſcere. penes diſcernere prudentia. penes concupiſcere temperantia. penes aggredi fortitudo. Quarta ſcꝫ iuſticia ſumit' ſcd̄m ordinem ad alterum.

E ſufficientia donoꝝ. Donorū multiplicatio ſic fit. aut em̄ doni actus eſt in maluꝫ pene. aut a malo culpe. aut eius actus eſt in bonum. Si primo modo erit donuꝫ timoris. Si autem fuerit in bonū aut eſt ad bonum quod ē ad finem. aut ē ad bonum conſilij vel p̄cepti. Si ē ad bonū precepti aut erit vt dirigens. aut vt exequens. Si vt dirigens ē donū ſcientie. Si vt exequēs ſic ē donum pietatis. Item ſi ad bonū cōſilij. aut erit vt dirigens aut vt exequens. Si vt dirigens ſic eſt donum conſilij. Si vt exequens ſic eſt donum fortitudis. Si autem eſt ad bonuꝫ vt eſt finis. aut erit vt dirigens. aut vt exequens. Si vt dirigēs ſic erit donum intellectus. ſi vt exequēs ſic erit donum ſapientie.

Ctus beatitudinū hoc mō ſumunt'. Actus beatitudinum vie aut eſt in bonum. aut eſt in malum pene vel culpe. Malum autem pene aut ē ex compaſſione rei delectabilis. aut ex compaſſione rei triſtabil'. Triſtabile vero aut ē ex compaſſione i preſenti inflicta. aut ex pena originali contracta. Si autem fuerit ex compaſſione rei delectabilis. abdicatio eius eſt beatitudo paupertatis. Si ex cōpaſſione inflicta in pn̄ti ſic ē mititas. Si ex compaſſione originali cotracta ſic ē luctus. Si autem fuerit in bonum. aut in bonū increatū. aut in bonū creatū. Si autem fuerit in bonū increatū. aut in bonū conſilij. aut in bonū precepti. Si p̄cepti ſic eſt eſuries iuſticie. Si conſilij ſic ē miſcd̄ia. Si autē fuerit in bonū creatū aut quantū ad intellectū. aut q̄ntū ad affectū. Si q̄ntū ad intellectū ſic ē mundicia cordis. Si ad affectū ſic ē pacificatio. Et ſic patet ſufficientia beatitudinū.

Efectō i virtutibus aut ē q̄tuꝫ ad act⁹ interiores. aut q̄tū ad act⁹ exteriores. Si ad exteriores vel quantuꝫ ad guſtū vel tactū. vel quātū ad alios ſenſus. Si q̄ntū ad guſtū vl' tactū ſic erit abſtiere

a licitis· ⁊ hec eſt continẽtia. vel recte vti licitis ⁊ hec eſt caſtitas. Si autem q̃tuꝫ ad alios ſenſus ſic eſt modeſtia· Si auteꝫ q̃tum ad actus interiores· aut ille erit iraſcibilis aut ꝯcupiſcibilis aut rationalis. Si iraſcibilis. aut reſpectu illoꝝ que ſunt contra fineꝫ ſic eſt patientia. vel reſpectu finis ⁊ ſic eſt longanimitas· Si auteꝫ eſt actus rationalis vel eſt quo ad deuꝫ vel quo ad ſeipſum· vel quo ad ꝓximū· Si ad deū ſic eſt fides. ſi ad ſeipſum ſic eſt bonitas que eſt dulcedo animi. ſi aūt eſt ad ꝓximū. tūc vel eſt in bonū regendo motus cōcupiſcētie ⁊ ſic eſt benignitas· vel in bonuꝫ regēdo mot⁹ iraſcibilis. ⁊ ſic ē mãſuetudo· Si aūt ſit actus cōcupiſcētie aut erit ad deū ⁊ ſic ē caritas· aut ſeipm ⁊ ſic ē gaudiuꝫ. aut ad ꝓximū ⁊ ſic eſt pax. Concedimus ḡ ꝙ iſte ꝑfectiones ſm omnes ſtatus ⁊ diuerſitates excellẽtiſſime fuerūt in beata virgine

Iſo dꝫ gratiis gratum facientibus qualit̃ fuerunt in beatiſſima virgine videndum eſt de gratiis gratis datis· Et ꝑmo de his quas poſuit apoſtolus ad Chorinth. xij· Quibuſdam datur ſermo ꝑ ſpiritum ſapientie.

Rimo igit̃ querit̃ de ſapiētia quã habuit beatiſſima virgo ĩ contemplatione eternorū. Querit̃ igit̃ primo an viderit angelos ⁊ ſpūalia ꝑ ſpecies ꝓprias· Et videt̃ ꝙ ſic· ipſa eñ videre potuit ſpm̄ increatū ⁊ ꝑ ſpeciē ꝓpriã. igitur et quēlibet aliū· Itē Grego· Quid eñ nō vidit qui videnteꝫ oīa videt. ſed ipſa videt videnteꝫ omnia· igitur vidit omnia. Item phs dicit ꝙ intellectus cognoſcit oīa ꝓpter ſeipſum cognoſcenduꝫ. quicquid autem eſt ſcđm naturã cognoſcitiuū alicuiuſ cognoſcit illud niſi impediat̃· illa aūt impedimēta ſcđm ꝙ in ſupioribus dictum ē ſcđm Aug. ſunt fantaſmata corporalium· anime ꝑ amorem conglutinata· quib⁹ abſtractis ipſa ſeipſam videt· ſed ab his anima beatiſſime virginis potuit ſeipſam abſtrahere· igitur potuit ſeipſaꝫ videre ꝑ ſpeciem ꝓpriam. Item Aug· in libro de ſpū ⁊ anima· Anima concupiſcibilitatē· rationabilitatē· iraſcibilitatem habet anteq̃ʒ corpi infundat̃. Et intelligit̃ ꝙ nō eã habꝫ a corpore ſed a ſua natura in ſe. igit̃ aīa ĩ ſe naturalit̃ ē cognoſcitiua· Et poſito ꝑ impoſſibili ꝙ nō infunderet̃ corpori adhuc eſſet cognoſcitiua. ſi non eſſet coartata ꝑ aliam naturaꝫ. igit̃ apta nata eſt cognoſcere omnia· Sed inordinatū eſſet ꝙ aliquid eſſet cognoſcitiuū oīm alioꝝ ⁊ nō ſuipſius. igitur naturaliter anima cognoſcitiua ē ſuiipſius ⁊ oīm alioꝝ. igitur cognoſcet oīa ⁊ ſeipſam niſi impediat̃· hoc aūt eſt impedimentū quod dictuꝫ eſt ſupra· Sed ĩ aīa beate v̄ginis hoc fuit ſublatuꝫ· igit̃ vidit ſe ipſam ⁊ omnes angelos et omnia creata· Vñ Aug. de aīa ⁊ ſpū. Anim⁹ corpis dñator. rector· habitator videt ſeipſuꝫ ꝑ ſemet ipſum· igit̃ ꝑ ſeipſum vidit. nō querit auxiliū corpalium oculoꝝ· immo v̄o ab omnibus corpalibus ſenſibus tanq̃ʒ impediētibus abſtrahit ſe a ſe vt videat ſe in ſe. et nouerit ſe apud ſe. et cū vult deū cognoſcere eleuat ſe. Item phs. ꝙ nō omnino ⁊ penitus difficillimoꝝ ē cognoſcere ⁊ aliquaꝫ fidē accipe de aīa· Et intelligit̃ ſcđm ſuaꝫ ſubam· opatōes eiꝰ ⁊ potentias ipſi⁹ et accidētia cognoſcere nō ē difficillimoꝝ· Sic igit̃ cognoſcere aīam in ſe ꝑ ſuã ſpeciē ē de numero difficillimoꝝ. igit̃ ē de numero cognoſcibiliū. igit̃ ſm phm qui nō habuit reſpectū ad gratiã poſſibile ē aīam cognoſcere ꝑ ſpeciē ꝓpriaꝫ licet difficulter. ſꝫ illa difficultas remouet̃ ꝑ abſtractōem a fantaſmatibus corpalibus. Sed illa abſtractō fuit cōpletiſſima in cōtemplatiōe beate v̄ginis igit̃ vidit angelos ⁊ ſpūs ⁊ animas in ſui cōteplatōe ⁊ ſubas incorpaliū. Itē phs ponit intellectū agentē· ⁊ ꝙ ille nō ſit ps anime ſic pbat̃· Sicut ĩ oīni natura cauſa formalis que eſt faciens omnia penitus alia eſt ĩ eſſentia a cauſa materiali in qua fiunt omnia· ⁊ ex his duobus nunq̃ʒ componit̃ vnuꝫ· ita ſe habet intellectus vniuerſaliter agēs ⁊ intellectus poſſibilis in aīa· igit̃ neq̃ʒ ſunt idē in eſſentia neq̃ʒ ſunt ptes cōponētes vnū totū. igit̃ intellectus agēs nō eſt pars anime nec potētia· Iteꝫ nulla ars neq̃ʒ mechanica neq̃ʒ liberalis eadē ē ĩ eſſentia cū anima in qua eſt. neq̃ʒ eſt eadē in eſſentia cū materia que ſuſtinet operatiōes venientes ab ipſa. ſed intellectus agens ſe habet ita ad poſſibilem ſicut ars ad materiã. igitur non ſunt eadem in eſſentia neq̃ʒ cōſtituūt aliq̃d totū vt ptes aīe. Itē nulla potētia ē habit⁹. ⁊ intellectus poſſibilis dicit potentiã ꝑ ſe. intellectus v̄o agēs vt habit⁹. igit̃ nō ſunt idē in eſſentia· Itē nun-

ꝙ lumen qđ facit potētia colores actu eſſe colores eſt idē in eſſentia cū coloribus q̄ fi unt actu· neq̃ in ſenſitiuo viſus ſuſcepti= uo coloris neq̃ ꝯſtituūt aliq̄d vnū eſſenti aliter cū altero illorū· Sed intellectꝰ vniu̾ ſaliter agens ſe habet ad ſpēs intelligibi= les ſicut lumē ad colores. ⁊ ſe habet ad in tellectū poſſibilē vt lumen ad ſenſitiuū vi ſus. igit̄ nō eſt eſſentia eadē intellectꝰ poſſi bilis ⁊ agentis· neq̃ conſtituunt vnū vt ꝑ tes aīe· Ex his rationibus ⁊ ex dict̄ phi inductis patet ꝙ intellectus agens nō ſit aīe pars. Itē omnia que intus ſunt in aīa im ꝓporcionabilia ſunt eis q̄ ſunt extra. et aīa quodāmodo eſt oīa q̄a oīa cognoſcit. igit̄ ſicut eſt vna oīa tm̄ faciens· ſic ſpecies ipſius accepta in aīa et intellectu oīa erit faciens in intellectu. maior pꝫ in caplo de remiſcentia· minor in tractatu de intelle= ctu agente. intellectus em̄ ꝑ cognitiōꝫ crea torum venit in cognitionem primi princi pij ſcđꝫ ꝙ eſt cauſa omniū. ⁊ ſuſcipit in ſe ſpeciē intelligibilem ab ipſo· Et intellectꝰ iſte acquiſitus in aīa omnia facit in aīa eo ꝙ dicit̄ intellectus agens vniuerſalit̄ face re. Et ſi queritur vtrum contingat aliqueꝫ habere intellectū agenteꝫ qui nō nouit pri mā cām. neq̃ habet ſpeciē acceptā ad co= gnitōeꝫ prime cauſe. dicimus ꝙ hoīes nō habent cōplete intellectū agenteꝫ hmōi· ſꝫ habent diſpoſitōem fluentē a potētia que dicit̄ lumen illuminās intellectū poſſibi= lem. Et ſi querat̄ cū intellectus ſit nobiliſ ſima ꝑs anime ꝑfectiſſime cognoſcēs· mi= nus indigēs exteriori ammiculo ꝙ alie ꝑ tes quare indigeat hmōi lumīe· ſenſus au tē ⁊ fantaſia mīme. dici oportꝫ ꝙ minime indigeat hmōi lumine ad cognoſcendum ſpēs intelligibiles q̄ prius ſunt fātaſmata q꞉ ſic eſt minoris ⁊ debilioris potentie ꝙ ſenſus et fantaſmata. ſed indiget lumine hmōi ad cognoſcenduꝫ talia que ſunt oc= culta nature· q̄ nō poſſunt apprehendi ſen ſu ſine tali lumine vel fantaſia. cuiuſmodi ſunt ſubſtantie que in rebus ſunt natura= libus fantaſmata faciētibus. ipſe vero mī me fantaſmata facere poſſunt· ⁊ ſubſtantie hmōi ſunt ſeꝑate vt angeli. et ſeꝑabiles vt anime quarū conditione indiget intelle= ctus tali lumine a primo principio infuſo ⁊ ad cognitionem ipſius principij primi. Et de hoc verum eſt quod dictū eſt quan tū ad cognitōem taliū ſpecieꝝ· q꞉ ſicut fa= cit lumen potētia colores actu colores· ita hmōi lumen impreſſum intellectui a p̄mo principio facit hmōi ſpecies occultas po= tētia intelligibiles actu ītelligibiles· Ex his etiā patet ꝙ phiſice ꝓcedendo poſſibi le eſt animā exiſtentē in corꝑe ſpūs ⁊ ſpū= alia ⁊ ſubſtātias corꝑis videre et ſine p̄ſen tia gratie· igit̄ multo fortius anima beatiſ ſime v̾ginis eleuata ⁊ abſtracta gratie ple nitudine. Itē phiſice oportet dici ꝙ intel lectus habet duplicē potentiā fantaſticaꝫ dum in corpore eſt ⁊ nō fantaſticā duꝫ eſt ſeꝑatus a corpore. Et ſicut eius potentia fantaſtica eſt corruptibilis mediante fan taſia· ⁊ inq̄ꝫtum talis corruptibilis eſt. po tentia vero ſua ꝑ naturā ſimpliciter ineſt ei ꝑ naturā ſue ſubſtātie ⁊ nō alio mediante vnde et iſta potentia incorruptibilis eſt ſi cut ſua ſubſtantia. inde ſic omne princip= um qđ habet potentiam vnam ꝑ ſe ⁊ ſcđm ſuā naturā· aliā vero mediante alio ⁊ per accidens eſſentialiꝰ debꝫ vti potentia quā habet ꝑ ſe ꝙ illa quā habet ꝑ accidēs· in= tellectus hmōi potentiā habet duplicē igi tur vtilius nobilius ⁊ melius debet vti po tentia quā habet ꝑ ſe ꝙ illa quā habet per accidens· Itē oīs intellectus qui habet vnā potentiā ꝑ ſe aliam ꝑ accidens· meli= us ⁊ verius debet vti ⁊ cognoſcere ꝑ illam quam habet ꝑ ſe ꝙ per illam quam habet ꝑ accidens. igitur ſi ꝑ eſſe ī corꝑe nihil au fertur ei ſed magis confertur· quia dicit̄ ꝙ anima exiſtente in corꝑe ꝙ omnia cogno ſcit ⁊ quodāmodo dicit̄ oīa· melius ⁊ ve rius cognoſcit ꝑ potentiā nō fantaſticam ꝙ ꝑ potētiā fantaſticā· igit̄ melius cogno ſcit ſpūalia ꝙ fantaſtica.

Ad hec dicimus ꝙ incōueniens ē ponere ſubſtantiā ſine potentia· ⁊ ponere ſubām ꝑpetuā ⁊ potentiā ipſius nō eſſe ꝑpetuā. ſimiliter incōueniēs eſt ponere potentiā intelligendi quaꝫ ha bet intellectus in corꝑe eſſe ꝑpetuā. vn̄ no ta ꝙ qualitates naturales ſenſibꝰ ꝓprijs ꝓ porciōabiles ſunt ⁊ ap ꝓpriant̄. q̄ntitates v̾o ſenſui cōi· ſubſtantie vero ītellectui. hic em̄ eſt ordo cognitōis ipſius aīe dū eſt in corꝑe. intellectus aūt ſeꝑatus a corꝑe aut habebit eundē ordinē ītelligēdi quē habu it in corꝑe aut cōtrariuꝫ· Si eundē· igitur erit idē modꝰ intelligēdi in corꝑe et extra corpꝰ qđ eſt īpoſſibile· Sꝫ ſi ꝓpriū ē ei cog noſcere ſubaꝫ· ⁊ hoc ē ei p̄ncipale ſcđm ſe.

tunc extra corpus habebit p̄ncipaliter potentiam intelligendi ſubſtantiam. ⁊ ſcd̄m poſterius accidentia. hec autem potentia ſimul eſt creata cuꝫ intellectu. ⁊ eſt ꝑpetua ſicut intellectus ꝑpetuus. alterata aūt hec ē potētia ex ꝯiunctōe ipſius cū corꝑe. ex cōiunctōe em̄ cū corꝑe cognoſcit accidētia ⁊ ſubas eo mō quo extra corpus cognoſcere nō pōt. q̄r cognoſcit accidētia nō ſolū in illa habitudine in q̄ ſe habent ad ſubas in quibus ſunt. ſed etiā in illa ꝯꝑatione qua ſunt ꝑncipia ꝑmutationū ſcꝫ ꝙ generāt ſuas ſpecies i alijs ſubſtātijs corporeis et incorporeis. ſcd̄m em̄ hanc habitudinē generāt ſuas ſpecies in ſenſibus. ex q̄bus generatis i ſenſibus fiunt fantaſmata i fantaſia. ⁊ poſtea accipiunt̄ in intellectu. et ꝑ hec hmōi fantaſmata cognoſcunt̄ ſubſtātie que fātaſmata facere nō poſſunt. Et ſic ex coniūctione ipſius cū corꝑe potētia ipius creata nō fantaſtica incipit eſſe fātaſtica id eſt fantaſmatū ⁊ ꝑ fantaſmata alioꝝ cognitiua. Et ſic patet ꝙ ꝑ coniūgi cū corpore alterat̄ potētia nō fantaſtica in fantaſticam. ⁊ ſicut alibi maiores mot⁹ i anima extra corp⁹ quibus intēdit anima impediunt minores ꝑcipi ab anima. ita duꝫ eſt in corꝑe manifeſtiores motus ⁊ maiores reꝝ facientiū fantaſmata circa animā impediūt ꝑcipi ab anima manifeſte ea q̄ fantaſmata facere nō poſſunt. vnde aliq̄n cū intellectus contrahit ſe in ſeipſum abſtrahendo ſpeculatōem ſuā a ſenſu. multa ꝑcipit occulta que ꝑ ſpeculatōem ipius cōiunctā ſpeculationi ſenſuū ꝑcipere nō poteſt. Et ſic iterum patet phiſice ꝙ anima i corpore etiam citra auxiliū gratie gratū faciētis in cōtemplatōem ſpirituū ⁊ ſpūaliū aſpicere ⁊ aſpectū poteſt dirigere ⁊ videre igitur multo fortius beatiſſima virgo auxilio gratie potuit hoc facere in ſua contēplatione. Itē paulus ſcribitur in raptu vidiſſe diſpoſitioneꝫ celeſtis hierarchie ⁊ beato dyoniſio reuelaſſe. igitur multo forti⁹ beatiſſima virgo vidit ſtatum angelorum ⁊ triumphantis eccleſie. Item Martinus vidit demones. Item Jacob vidit angelos quando dixit. Caſtra dei ſunt hec Ex his autem concluditur ꝙ beatiſſima virgo in ſua contemplatione poterat videre deum angelos ⁊ demones ⁊ animaꝫ propriam ⁊ ſubſtantias reruꝫ corporaliū per ſeipſas.

Oſt hec queritur de ſcientia q̄ ꝑtinet ad actionē. Et primo de mechanicis ⁊ poſt hoc de liberalibus. Queritur igitur vtrum beatiſſima virgo ſciuerit omnes artes mechanicas. Et videt̄ ꝙ ſic. Ois ſcientia de numero bonorum eſt. ſed ei nullum bonum defuit igitur omnes ſcientias habuit. Item bonum additum bono facit ipſum magis bonum. igitur aut defuit ei aliquod bonum ſcꝫ ſcientia vel non. Si non habeo ꝓpoſitum. Si ſic illa addita magis bonum fieret. Item natura nō deficit i neceſſarijs nec abundat in ſuperfluis. igitur multo fortius gratia. ſed quedam mechanice artes fuerunt beate virgini neceſſarie ſicut muliebres. quedā ſuperflue ſicut viriles igitur iſtas habuit ⁊ non alias. Item Aug. Quidā volunt ſcire vt ſciant ⁊ eſt curioſitas. quidam volunt ſcire vt ſciant̄ ⁊ ē vanitas. quidam vt edificent̄ ⁊ eſt ſapientia. quidam vt edificent ⁊ eſt caritas. Et hi tantū duo vltimi modi nō ſunt abuſiue ſcientie. igitur omnis ſcientia nō abuſiua debet eſſe ad edificationē ſui ⁊ alioruꝫ. Sed ſcire mechanicas ſcias a beatiſſima v̾gine viriles nō eſt ordinatū ad ſui vel alioꝝ edificatōem. igitur ipſas neſciuit.

Oſt hec queritur vtrum ſciuerit mechanicas muliebres ſubtiliores ⁊ nobiliores ſicut eas que fiunt aurifrigijs ⁊ ſericis operationibus ⁊ ſubtilibus ſuturis ⁊ texturis ⁊ huiuſmodi. Et videtur ꝙ ſic. Ipſa eniꝫ vt dicit Damaſ. a nullo illuſtriuꝫ vincit̄. He aūt ſunt ſcīe ⁊ oꝑa illuſtriū feminaꝝ. ergo ⁊c̄. Item ipſa ſua operatō fuit nobiliſſima igitur humilima. ſed maior humilitas apparet ſcire nobilia ⁊ ſubtilia et oꝑari vilia ⁊ cōmunia q̄ꝫ tantū ſcire vilia ⁊ oꝑari talia. ergo videt̄ ꝙ beatiſſima virgo debuit ſcire nobilia ⁊ operari vilia. Item contra. Iſta ſubtilia magis ordinant̄ ad vanitatem q̄ꝫ ad vtilitatem. operatō autē virginis glorioſe tm̄ ad neceſſitatē fuit. igit̄ nō erat circa talia. Item beatiſſima virgo ꝑfecta fuit ſcd̄m actionē ⁊ contemplatōnem. vn̄ Luc. Optimā partē elegit. bona ē pars actiuoꝝ. melior cōtēplatiuorū. ſed optima eius que ꝑfecta in actione ⁊ contemplatōne fuit ſicut fuit beatiſſima virgo. igit̄ ipa debuit habere oꝑa actōis que ꝯtēplationi

minime repugnarent. hec autem ſunt opa
manualia groſſa ⁊ cōia que nō requirunt
multā attentionem cogitatiōis. igiẗ videẗ
ꝙ circa hmōi debet eſſe opus beatiſſime v
ginis. Querit̃ igitur ſi ſcientiā mechanica
rum habuit improporcionabiliter. excellit
effectū cauſatū ab artib⁹ mechanicꝭ ī alijs
igiẗ ſcia mechanica in beatiſſima virgine
excellit ſciam mechanicā in quocūqꝫ. Mi
nor patet ex hoc. qꝛ digniſſimū ad qđ ordi
nantur mechanice eſt veſtimentū primo ē
aīa. ſecundo corpus. tercio veſtimentuꝫ. ſꝫ
digniſſima omniū veſtimētoꝝ fuit tunica
inconſutilis quam fecit beatiſſima virgo.
igitur eius ars mechanica cauſabat nobi
liſſimū effectum. igitur habuit ſcientiā ar-
tis mechanice in ſummo.

Poſt hoc queri

tur de artibus liberalib⁹ vtruꝫ
⁊ illas ſciuit in ſummo beatiſ
ſima virgo. Et videtur ꝙ ſic. Sapientia
edificauit ſibi domum. excidit columnas
ſeptem. Illa domus eſt beata virgo. Se-
ptem columne ſunt ſeptem liberales ſcien
tie. igitur beata virgo habuit ſeptem libe-
ralium artiū ſcientiam. Iteꝫ Exo. Mu
lier petat a vicina ſua vaſa aurea et argen
tea. Hoc exponunt gloſe ⁊ ſancti de ſcien
tijs ſecularibus. igiẗ debent ſecū ſcientias
ſeculares de mundo portare ſancti. igiẗ ⁊
beatiſſima virgo. Iteꝫ mille clipei pendēt
ex ea oīs armatura fortiuꝫ. Turris dauid
eſt ſacra ſcriptura. clipei ſciētie phiſice. igi
tur ſcientie liberales ptinent ad munitōeꝫ
ſcripture ſacre. igitur ſanctoruꝫ eſt illas ſci
re. igitur ⁊ beatiſſime virginis. Item qui-
dam ſancti laudant̃ a talibus ſcientijs. ſi
cut beatus dominicus documentis artiū
eruditus ſatis tranſiuit ad ſtudiū ſumme
veritatis. Iteꝫ de beato Gregorio ſtudijs
liberalibus nulli ſecundus igitur ⁊c. Iteꝫ
de beato Vincentio ⁊ de ſancta Katheri
na ⁊ multis alijs igiẗ beate virgini nō de-
bet deeſſe iſta materia laudis.

Poſt hec queritur de iſtis ſcientijs
ſpecialiter. Et primo de grāmati-
ca vtrum illam ſciuerit virgo. Et
videẗ ꝙ ſic. Maria obſeruabat omnia hec
Gloſa. in diuerſis prophetis. igitur ſciuit
legere. Et conſtat ꝙ intellexit. quia legere
⁊ non intelligere negligere eſt igitur ſciuit
grāmaticam. Item Damaſ. dicit ꝙ i tem
plo fuit enutrita vbi virgines inſtruebā-
tur. Item de Suſanna legitur ꝙ erudie-
runt filiam ſuam ſcđm legem Moyſi. pri-
cipium autem eruditionis eſt grāmatica.
igitur beata virgo ſciuit grāmaticā ī ſum-
mo. Item nunqꝫ peccauit ī loquendo. igi
tur grāmaticam ſciuit.

Poſt hoc queri

tur de rethorica. Aug. dicit de
doctrina chriſtiana ꝙ in ſacra
ſcriptura ſunt diuerſi colores rethorici ſed
ſacram ſcripturam perfecte ſciuit beata v-
go igitur ⁊ rethoricam. Item ꝙ iura ciui-
lia leges et decreta ſciuit in ſummo patet
hoc modo. Sapientia aduocati manife-
ſtatur in tribus. Vnuꝫ ꝙ obtineat omnia
contra iudicem iuſtum ⁊ ſapientem. Se-
cundo ꝙ cōtra aduerſarium aſtutum ⁊ ſa
gacem. tercio ꝙ in cauſa deſpata. Sed be
atiſſima virgo contra iudicē ſapientiſſimū
dn̄m. contra aduerſarium callidiſſimū dy
abolum. in cauſa noſtra deſperata ſenten
tiā optatā obtinuit. igiẗ ſapientiſſima ad-
uocata fuit. Item ſapientis eſt eligere ad
uocatum ſapientē. ſed iſtā aduocatā ſpūs
elegit nobiſmetipſe qui omnia cognouit.
igitur ipſa ſapientiſſima fuit. Item aliqui
aduocati poſſunt iniuſtū iuſtum ꝓbare ſo
phiſtice ⁊ nō facere. ſed beata virgo hoc đ
noſtra iniuſticia fecit. igitur improporcio
nabiliter omnibus optime allegare ſciuit
Itē ipſa imperatrix fuit igitur legē condere
⁊ legis interptatiua penes ipſā fuit. ⁊ om
nia iura in archa ſui cordis clauſa habuit
igiẗ ⁊ beatiſſima virgo iura oīa ⁊ retho-
ricam in ſummo habuit.

Poſt hec q̃ritur de loyca quaꝫ ꝙ
ſciuerit ꝓbaẗ hoc modo. hec em̄
perutiliſſima eſt ad ſcientiaꝫ ſa-
cre ſcripture ⁊ ad hereſiꝫ deſtru
endam ⁊ fidei confirmatiōem ⁊ rōnis red
ditionem de ea que nobis eſt fide. igiẗ iſta
ſcientia maxime neceſſaria eſt ſanctis. igi
tur ⁊ beatiſſime virgini. Itē Hieronimus
ꝙ liber Iob continet ꝓpoſitiones aſſum
ptiones concluſiones. Et idem patet de
alijs libris ſacre ſcripture in quib⁹ ſunt vie
diffinitōnū diuiſionū argumētatōnū. hec
igiẗ oīa neceſſaria ſunt ad ſacrā ſcripturā.
igiẗ ⁊ loyca in qua doceñ iſta. Sed btiſ-
ſima virgo pfecte ſciuit ſacrā ſcripturā igi-
tur ⁊ loycā. Itē patꝫ pcurrēdo loyce ptes

que ſunt temptatiua·ſophiſtica·demõſtrã
tiua.dyaletica. Temptatiuam em̃ in ſum
mo ſciuit·qꝛ nunq̃ȝ in temptatõe ſuccubu
it·Sophiſticã in ſummo habuit·quia om
nes aſtutias dyaboli cognouit· ⁊ om̃ia ſo
phiſmata ſua patefecit· Dyaletica in ſum
mo habuit·qꝛ nullius ꝓprie ignorantiã ha
buit. ⁊ om̃ia ꝓb'eumata ſoluere ſciuit. De
monſtratiuã habuit in ſummo·qꝛ nobiliſ-
ſimã ꝓpriã paſſionez de nobiliſſimo ꝓprio
ſubiecto ꝑ ſemetipſam concluſit·Summe
nobile ſubiectuȝ eſt ꝑſona ⁊ ſumma boni-
tas.nobiliſſima propria paſſio eſt miſeri-
cordia ſiue miſeratõ·hanc igitur propriaȝ
paſſionem de hoc ſubiecto beatiſſima vir-
go concluſit.quando ꝑ eam tanq̃ȝ ꝑ medi
um ſumme bonus deus· in oꝑatõe noſtre
redemptionis ſummã miſericordiã i ſe de
monſtrauit·quaſi tali vteret̃ demonſtratõ
ne.Quicũq̃ȝ aufert omne malũ auferibile
et confert omne bonũ cõferibile ipſe ẽ ſum
me miſericors.deus hõ in noſtra redẽptio
ne abſtulit omne malũ auferibile· ⁊ ꝯtulit
omne bonũ cõferibile· igit̃ ẽ ſumme miſeri
cors deus. Sic igit̃ patet ꝙ btiſſima ꝟgo
habuit omnes partes loyce in ſummio.

P. Oſt hoc queri

tur de phiſica et medicina.phs
dicit ꝙ cognitõ anime ad om
nia valet maxime ad ſcientiam naturalez.
ſed beatiſſima virgo perfectiſſimam cogni
tionem anime habuit· perfectiſſime em̃ co
gnouit ſe· Iteȝ ꝑ diuerſas proprietates la
pidum ſpecierum lignorum ⁊ animalium
⁊ ceterorum naturalium diuerſa figurãtur
miſteria in ſacra ſcriptura.igitur ſine intel
ligentia.ſine noticia rerum nõ eſt perfecta
noticia ſcipturarum ſacrarum· ſed beatiſſi
ma virgo ꝑfecte ſacram ſcripturam ſciuit·
igitur ſciuit naturas rerum. Itẽ nulliꝰ mor
bus eucratici adeo incurabilis quin ſciret
⁊ poſſet eum curare·igitur habuit in ſum-
mo ſciam medicine· Iteȝ ipſa ſciuit curare
ſolo verbo.igitur ſciuit medicinã i ſummo
Itẽ ipſa ſciuit curare corpus ⁊ animã·igit̃
ſciuit ꝑfecte medicinam· Iteȝ ipſa ſciuit ſa
nare ad immortalitatem igitur in ſummo
habuit medicinam.

P. Oſt hec queritur de ſciẽtijs q̃dru-
uialibus vtrum fuerunt in beatiſſi
ma virgine. Et videt̃ ꝙ nõ.q̃cquid
em̃ eſt plenũ gratia nihil habet imꝑtinenſ
ad gratiã.beatiſſima virgo fuit plena gra
tia·⁊ ſcientie quadruuiales ſunt imꝑtinẽ-
tes ad gratiã. igit̃ beatiſſima virgo nõ ha
buit ſciam quadruuialẽ. Item nullus lau
dat̃ ſanctoꝝ de hmõi ſcientijs· Item Hie
ronimus cũ ſtuduiſſet in platone ⁊ i raptu
eſſet cuius cõditionis eſſet inquireret̃· re-
ſpondit chriſtianus·⁊ dictũ ẽ ei· nõ es xpi
anus ſed platonicꝰ· In epl'a ad euſtochiũ
dicit ſe Hiero.ſtuduiſſe in Tullio.vñ di-
ctum eſt ei cyceronicus es. Cycero ideȝ q̃
tullius eſt igitur ſtuduit in rethorica nõ in
platone· Itẽ ſancti hmõi ſciẽtias appellãt
curioſas· Itẽ phs dicit ꝙ i mathematicis
nõ eſt bonũ.quia neq̃ȝ motus neq̃ȝ oꝑatiõ
Itẽ ibi nihil eſt vtilitatis neq̃ȝ delectatio·
quia de talibus cogitatio eſt mentis ꝑfe-
cte ad creaturas inclinatõ.⁊ cõiter dilectiõ
nis que eſt in deo interruptõ ⁊ diminutio
Ex his igit̃ videt̃ ꝙ btiſſima virgo nõ ſci-
uit mathematicas ſcias. Sed cõtra. Ipſa
fuit ꝑfectiſſima ſcd̃m affectũ.igit̃ ſcd̃m in-
tellectũ.ſed dilexit om̃ia diligibilia igit̃ ⁊c̃
Itẽ bonũ additũ bono facit ipſum magis
bonũ vt ſupra· Itẽ dicit̃ de abrahã ꝙ ſci-
uerit hmõi ſcias ⁊ ꝑ eas ditatus eſt· igitur
beatiſſima virgo eas ſcire debuit cui bonũ
nõ defuit quod in alijs fuit.

P. Oſt hoc querit̃ ſpecialiter de muſi
ca· Et videt̃ ꝙ in beatiſſima virgi
ne fuerit eius cognitõ· nam tã i ve
teri lege q̃ȝ in noua fuerunt cantores ⁊ v-
ſus cantus ad cultũ dei·cantus autẽ recte
ſcit̃ ꝑ muſicam·igitur ad cultuȝ dei ꝑtinet
ſcia muſica.igit̃ fuit in beatiſſima virgine.
Itẽ quicquid ꝑfectiſſimo auditui fuit de-
lectabilius ad audiendũ illud maximũ ar
monicũ fuit.ſed auditui filij dei nobiliſſi-
mus auditus fuit vox matris ſibi ad audi
endũ delectabiliſſima igitur ſumme armo
nica.igitur beatiſſima virgo effectum mu
ſice habuit in ſummo.

P. Oſt hoc querit̃ d̃ aſtronomia. Cũ
em̃ legit̃ in principio creauit de-
us celũ ⁊ terrã.⁊ exponũt ibi ſci ex
poſitores plures celos· Item ibidem fecit
deus duo luminaria magna· Itẽ vt ſint i ſi
gna ⁊ tpa. Item aque que ſuꝑ celos ſunt·
Ex his omnibus patet ꝙ in ſacra ſcriptu
ra agitur de ſyderibus ⁊ ſtellis de quibus
ſunt ſcientie aſtronomie. igit̃ aſtronomia
eſt neceſſaria ad theologiam· igitur beatiſ
ſima virgo ſciuit eam.

P Oſt hec queri
tur de ariſmetrica que ē de nu
meris. Numeri ī ſacra ſcriptu
ra ſunt miſtici. ⁊ ſcd̄m diuerſitatem nume
rorum diuerſa ꝑ eos ſignantur. vt patꝫ in
trinario ſenario ⁊ denario ⁊ huiuſmodi vt
patet in multis ſcripturis et gloſis. igiť co
gnitio numeroꝝ neceſſaria eſt in ſacra ſcri
ptura. igitur ariſmetrica. Item computa=
tiones annoꝝ fiunt ſepe in ſacris ſcriptu=
ris vt de Jacob de yſaac ⁊ ſic de alijs. Itē
ſcientia algoriſmi neceſſaria eſt ad ſacram
ſcripturam. Item feſta diuerſa aguntur ⁊
in ſcriptura agi deſcribuntur ad que neceſ
ſaria eſt ſcientia computi. igitur ⁊ illa ne=
ceſſaria eſt ad ſacram ſcripturā. Ex his igi
tur manifeſtū eſt ꝙ ſcientia ariſmetrice vti
lis et neceſſaria eſt theologie. igitur fuit in
beata virgine.

P Oſt hoc queritur de geometria. in
ſacra ſcriptura ſunt diuerſe men=
ſure ⁊ menſuratiōes. Menſure e=
phi. bachi. teri. modij. ⁊ conſimiles menſu
rationes vt patet in tabernaculo ⁊ in tem
plo Ezechielis. de huiuſmodi autem ē ſci
entia geometria ⁊ conſil'es. igiť hm̄oi ſciē=
tie neceſſarie ſunt theologie.

P Oſt hoc queriť de methaphiſicā ⁊
primo de theologia. Qđ aūt ꝑfe=
cte ſciuit beata virgo theologiā. vi
deť ps̄. a mandatis tuis intellexi. igiť im=
pletio mandati intellectū auget operanti.
Sed beatiſſima virgo mādatū in ſummo
impleuit. igitur theologiā in ſummo intel
lexit. Itē ps̄. Lucerna pedibus meis ver
bū tuū. ſed beata virgo ſola nunꝙ̄ pedes
offendit. igiť lucerna verbi ꝑfectiſſime eaꝫ
illuminauit. Itē in ezech. Cum eleuaban
tur aīalia eleuabanť ⁊ rote iuxta ea. Que
exponēs beatus Greg. dicit ꝙ cū eleuātur
doctores ī vita honorať ⁊ exaltať ī eis ſcīa
Sed btīſſima virgo habuit eleuatiſſimaꝫ
vitā. igiť talē habuit ſcīam theologie Iteꝫ
apl'i ſciuerunt theologiā cū nō didiciſſent
igiť multo fortius beata virgo. Itē ipā ha
bet aureolā predicatoꝝ. igitur ſciuit ſcien=
tiam theologie. Itē de Cecilia Virgo glo
rioſa ſemꝑ euangeliū chriſti ī pectore por
tabat. igiť multo fortius beatiſſima virgo
Item vnctio docebit vos omnia. Glo. ad
ſalutē ꝑtinentia. ſed beata virgo im ꝓporci
onabiliť fuit vncta. igiť im ꝓporciōabiliter
ſciuit om̄ibus ad ſalutē ꝑtinētia. hoc aūt ē
theologia. igiť ſciuit theologiā. Iteꝫ deu=
tronomi⁹. ē ī archa. Archa figurabat btāꝫ
virgineꝫ. deutronomi⁹ legē igiť btīſſima vir
go ſciuit totā legē. Itē in Exo. legiť. Reſi
duū igni combaretis. igitur nō om̄ia ſcri
pture miſteria agnoſcere poſſum⁹. Sꝫ ibi
dē. Nō remanebit ex eo quicꝙ̄ vſꝙ̄ mane
Glo. i. indiſcuſſum vſꝙ̄ mane reſurrectio=
nis. Ex his duabus auctoritatibus vide
tur ꝙ ſciuit ſuꝑ cōem ſtatū ſcōꝝ om̄s ſcri=
pturas intelligere Et tū incōueniens ē po
nere ꝙ aliquid a ſpū ſancto ſit dictū qđ a
nullo ſit intellectuꝫ. iuxta illud yſa. Sicut
ymber deſcendit de celo ⁊ inebriat terram
ita etiā verbū quod egrediť de ore meo nō
reuerteť ad me vacuū. Ex hoc aūt conclu=
diť ꝙ ꝑfecta cognitō oīm ſcripturaꝝ ſcđꝫ
intellectū ipſius ſpū ſſancti loquēt' ꝑ ſcri=
pturas ꝑtinet ad ſtatum qui eſt ſuꝑ omnē
ſtatū viatoris. hic autē eſt ſtatus beatiſſi=
me virginis. ⁊ ſic theologiaꝫ ſciuit im ꝓpor
cionabiliter vniuerſis.

P Oſt hoc queri
tur de materia libri ſententi=
aruꝫ. Materia eīn primi libri
ad duo reducitur. ad materiam de trinita
te. ⁊ ad materiam de predeſtinatione ⁊ po
tentia dei et volūtate. ſed đ hac matīa plu
rimum ſciuit que potentiam dei ⁊ bonita
tem in ſummo experta fuit in ſe. Secūduſ
liber eſt de angelis ⁊ de operibus ſex die=
rum ⁊ de ſtatu hominis. ſed hec omnia ſci
uit ꝑfectiſſime beata virgo. igiť ſcđm librū
ſententiaꝝ ſciuit in ſummo. In tercio agi
tur de incarnatōe verbi ⁊ virtutibus. ſed in
ſummo illā ſciuit. q̄r incarnatōem ꝑ expi=
entiam cognouit. ⁊ virtutes in ſummo ī ſe
nouit. In quarto legitur de ſacramentali
bus gratijs et reſurrectione. igitur gratias
ſacramentales in ſummo habuit vt patu=
it in ſuperioribus. corpus etiā habuit poſt
corpus dei ſimilimū corꝑibus reſurrectō=
nis que ſunt īmunia a culpa ⁊ a pena. cor
pora alioꝝ ſanctoꝝ ī via ſunt obnoxia cul
pe ⁊ pene. Et inter hec fuit corpus beatiſſi
me virginis mediū exiſtēs ī pena ⁊ culpa
immune. ⁊ ita habuit corpus ſimilimū cor
poribus reſurrectionis. ⁊ ita maxime co=
gnouit naturaꝫ corpoꝝ reſurrectionis Ex
his igiť patet ꝙ beatiſſima virgo bibliā et
ſnīas in ſummo habuit.

V Ltimo queri
tur vtrū ſciuerit omnia. Et
videt̄ ꝙ ſic. Spūs ſanctus
docebit vos oēm veritatem
igitur creatā ⁊ increatā. Sed ſi dicit̄ ꝙ nō
intelligat̄ de omni veritate ſimplicit̄ ⁊ vni
uerſaliter. hoc nō poteſt dici. q2 quod ſcri-
ptura ꝓmittit vniuerſaliter ꝓmittit. quare
gloſaret̄ particulariter cū beneficia princi
pū ſunt largiſſime interpretanda. Item in
tellectus eſt pure naturaliter cognoſciti-
uus oīm. igit̄ hēbit ꝓprie cognoſcibile op-
poſitū. Sed cōſtat ꝙ nō eſt reſtrict⁹ ad co
gnoſcendū aliqua ita ꝙ aliqua ⁊ non alia
igit̄ naturaliter omnia cognoſcit. Et vide
tur ꝙ ſit deus eius oppoſitū. igit̄ aīa bea-
tiſſime virgīs potuit ſcire oīa diuina. Itē
oīa laudant dn̄m ⁊ ſunt homi materia lau-
dis diuine. igit̄ homo tenet̄ ī omnib⁹ et de
omnibus deū laudare. igit̄ oīa tenet̄ aīa
cognoſcere. Itē omnia facta ſunt propter
hominē. igit̄ homo tenet̄ de omnibus gra
tias agere. igitur omnia cognoſcit. Itē ſci
re omnia eſt quoddā bonū. aut igitur ani
ma btiſſime virginis fuit capax illius boni
aut nō. Si ſic. igit̄ ſummus bonus hoc ei
cōicauit. Si nō queritur quid ſit illud qđ
beatiſſima virgo non potuit ſcire. ⁊ cuius
nō fuerit capax ꝑ modum vie. nec erit aſſi
gnare. Iteꝫ ſcire quedā ex parte ⁊ ſcire om
nia ꝑfecte. inter hec eſt mediū ſcire omnia
ꝑ modū vie. primū ꝑtinet ad cōem ſtatum
in via. ſecundū pertinet ad comprehenſo-
res in patria. igitur mediū ꝑtinebit ad ſta
tum mediū. hic eſt ſtatus beatiſſime virgi
nis. igit̄ beatiſſima virgo ſciuit oīa per
modū vie. Itē chriſtus ſciuit omnia ꝑ mo
dum patrie. apoſtoli ꝑ modū vie. igit̄ bea
tiſſima virgo que fuit media ſciuit omnia
ꝑ modum vie. Itē ſicut ꝑſona ad ꝑſonam
ita ſcientia ad ſcientiā ⁊ gratia ad gratiaꝫ.
ſed poſt ꝑſonam filij dei nō poteſt eſſe ꝑſo
na dignior ⁊ ſimilior ei ꝙ̄ ꝑſona matris dei
igit̄ ſicut ꝑſona immediate ſe habet ad ꝑ-
ſonā ita gratia ad gratiā ⁊ ſciētia ad ſcien
tiam. Sed ad ſcire omnia ꝑ modum pa-
trie immediatū eſt ſcire oīa ꝑ modū vie.
ſed chriſtus ſciuit omnia ꝑ modū patrie.
igitur beatiſſima virgo ſciuit omnia ꝑ mo
duꝫ vie. Itē anima chriſti ſciuit oīa que
deus. nec tamen equalis eſt ei in ſcientia ꝑ
modū ſciendi. ſed ſicut anima xp̄i immedi
ate ſe habet ad deū. ita anima beatiſſime
virginis ad animā chriſti. igit̄ anima bea
tiſſime virginis ſciuit omnia que aīa chri
ſti ſed imperfectiori modo. Sed contra. ſan
cti in patria nihil ſciunt niſi ad beatitudi
nem patrie ꝑtinentia. ergo ſancti vie tan-
tū ꝑtinentia ad beatitudinē vie ſciūt. Iteꝫ
ſcire omnia ꝑ moduꝫ vie aut eſſet ſcientia
tm̄ ſcđm habitū que nō exit in actū. et ſic ē
fruſtra. aut ſcđm actū. ⁊ ſic eſſet ſcientia di
ſtractiua viatoris circa hmōi particulares
creaturas et eſſet eleuationis ⁊ coniunctō
nis mētis cū deo impeditiua. igit̄ nociua.
Sed contra illud videt̄ eſſe ꝙ in angelis
eſt duplex ſcientia ſcꝫ veſpertina et matuti-
na. ⁊ vna nō eſt impeditiua alterius. Sed
hoc nō eſt ſimile ad ꝓpoſitum. quia comp̄
henſores vident omnia vno intuitu ſed nō
viatores. Item in patria euacuabit̄ omne
imꝑtinens ad gloriā igitur in beatitudine
vie euacuabit̄ omne imꝑtinēs ad gratiam
Itē querit̄ vtrum beatiſſima virgo ha-
buit cognitiōem veſpertinā ⁊ matutinam.
¶ D ſolutionē horum notanduꝫ eſt
ꝙ beatiſſima virgo in cognitione
ſua plura habuit priuilegia. Pri-
muꝫ eſt ꝑfecta cognitio trinitatis dei ſine
medio quam habuit in via ꝑ ſpecialiſſimā
gratiā. Secundū eſt ꝑfecta cognitō miſte
rij incarnationis. ⁊ hanc habuit ꝑ gratiaꝫ
⁊ ſingularē experientiam. Terciū eſt cogni-
tio ſue ꝑdeſtinationis quā habuit ꝑ reue-
lationē ⁊ cauſam. Quartū eſt anime ſue ⁊
ſpirituū ꝑ ꝓprias ſpecies cognitio quā ha
buit diſpoſitiue ꝑ naturā. cōpletiue ꝑ gra-
tiam. ⁊ ꝑ hanc vidit angelos ⁊ animas et
demones. Quintū eſt ꝑfecta cognitio om
nium ad ſtatum vie ꝑtinentiū quā habu-
it ꝑ gratie infuſionē ⁊ inſpiratōnem. ⁊ hec
comprehēdit ꝑfectam ſcripturaꝝ cognitō
nem operandoꝝ ⁊ contemplandoꝝ. Se-
xtum eſt cognitio omniū circa ſe futuroꝝ
quā habuit ꝑ reuelationē ⁊ in ſpeculo lecti
onū. Septimū eſt omniū ad ſtatuꝫ patrie
ꝑtinentiū cognitio quā habuit ꝑ contem-
plationis reuelationē. Octauū eſt omniū
creaturarum cognitio quam habuit ꝑ na-
turam ⁊ gratiā ⁊ contemplatōem. Nonuꝫ
eſt ꝙ habuit veſpertinā ⁊ matutinā cogni
tionem. matutinā ꝑ gratiam. veſpertinam
ꝑ naturam ⁊ ꝑ gratiā. Decimuꝫ eſt conclu
ſio ex predictis omnibus ꝙ nullius ꝓprie
habuit ignorantiam. Unde ad obiecta

ſoluẽtes dicimus ꝙ beata virgo ſufficiẽ
ter ꝑfecta fuit ꝑ habituꝫ nature ⁊ gratie in
oꝑatões exire ⁊ finẽ ꝯſequi cuiuſlibet· ⁊ hec
ſcia exiuit in actũ ⁊ oꝑatõem quando vbi
q̃liter ⁊ quantũ ordinabat̃ ſibi ĩ beatitudi
nẽ ⁊ alijs in ſalutẽ· Habuit etiã ꝑfectã co=
gnitõem oĩm ad ſuã beatitudinẽ ſm ſtatũ
vie ꝑtinentiũ· ⁊ nulloꝝ inutiliũ ⁊ ad grati
am imꝑtinentiuꝫ· vnde ipius aĩa beatiſſi=
ma nulla habuit in ſe inutilia vel imꝑtinẽ
tia ſed ꝑ totũ gratie fuit plena· vnde oĩa q̃
fuerũt in ipius aĩa vel naturalia vel acq̃ſi
ta ſic erãt gratia informata vł cũ gratia cõ
iũcta vt omnia eſſent gratuita· vnde oĩs
ſcia eius gratuita· omnis dilectõ gratuita
omnis oꝑatio gratuita· vt ſine oĩ reſtri=
ctione largiſſima ⁊ veriſſima interꝑtatiõe
eſſet omnipharia gratia plena. Ex his pa
tet ſolutio ad obiecta·

Equitur alteri

fides· Glo. conſtantia fidei vł
ſermo fidei. Qđ autẽ btiſſima
virgo plus habuit de fide patuit ſupra. et
ꝙ eius fides nũq̃ defecit nec fuit interce=
pta ſic ꝓbat̃· Aliorũ conſtantia fuit defici
ens ⁊ intercepta. igit̃ ipſa vicit oẽs ĩ fidei
conſtãtia· vnde illud ſolet exponi đ ea ecc̃i
i. Generatio ꝑterit. generatõ aduenit· ge=
neratõ aũt ineternũ ⁊c· Itẽ alioꝝ fides a=
ſemꝑ rectus eſt niſi quãdo ſe immiſcet fan
taſijs ⁊ deducitur ab illis. ſed intellectꝰ be
atiſſime virginis nunꝗ ſe immiſcuit fan
taſijs vt deduceretur ab illis. igitur ſemꝑ
rectus fuit. Sed rectũ eſt cuius mediũ nõ
exijt ab extremis. igitur ſemꝑ fuit erectus ĩ
ſummũ bonũ. igiť ſemꝑ merebatur.

Poſt hec queri

tur vtruꝫ qualibet paſſiõe me
rebatur. Et videť ꝙ nõ. phus
dicit ꝙ paſſionibus nõ meremur. Itẽ nul
lum neceſſariũ non voluntariũ eſt merito
rium. igitur paſſionibus nõ meremur. Itẽ
a parentibus contraximus paſſiones. igi
tur non ſunt meritorie. Contra. paſſio la
tronis fuit neceſſaria ⁊ tñ meritoria. Item
ad Thy. ij. Si ſuſtinebimus et conregna
bimus ⁊c. etiam plurima. Ad hoc dici
mus ꝙ beata ꝟgo quolibet motu liberi ar
bitrij ad agendum vel patiendũ mereba
tur. vnde non motibus naturalibus inq̃n
tum naturalibus ſed rationalibus gratia
informatis. vnde motibus gratuitis libe
ri arbitrij merebatur. vbi etiam liberũ arbi
triũ ⁊ gratia operať. Sed liberũ arbitriuꝫ
eſt vt iumentũ. gratia vt ſeſſor ſcd̃m Anſel
mũ. Unde apľus. ij. Chor. ij. Non auteꝫ
ego ſed gratia dei operabať mecum. et ſic
merebatur mecum. ⁊ ſic merebatur ĩ quo
libet motu quo contingit mereri. nõ tamẽ
in hoc domino noſtro ieſu chriſto equaba
tur in operatione qui operabať naturalia
⁊ ſuꝑnaturalia ⁊ ſine ſui indigentia. ⁊ hoc
ſine ꝓporcionabili caritate. paſſionibꝰ au
tem inquantuꝫ ab extrinſecis inferunť vel
neceſſario contrahunť nõ meretur. ſed in
quantum voluntas rationalis informa
ta gratia ad illarum ſufferentiam liberta
te ꝓpria inclinať. Ex his patent ſolutiões
ad obiecta.

Poſt hec queri

tur de hoc ꝙ eſt puritas ĩ ſum
mo vtrum debeat aſſignari be
atiſſime virgini ꝓ priuilegio. Et videtur ꝙ
non quia ſi intenſiõ puritatis eſt receſſus
a contrario. vt ſicut albius quod nigro eſt
imꝑmixtius. et purius quod ẽ impuro im
permixtius. tunc queritur quid ſit illđ im
purum ꝑ cuius imꝑmixtioneꝫ fit puritas
hec ĩ ſummo. Et videť ꝙ nõ poſſet dici ꝓ
pũe aliud impuꝝ niſi in corporalibꝰ opa
cum vel opaco mixtũ. ĩ ſpũalibus pena vľ
culpa. Si primo modo tunc ſol fuit puri
or beata virgine. Si ſecũdo modo tunc ĩ
ſtatu innocentie. ⁊ om̃s anime beate a cor
poribus ſeꝑate ⁊ etiam angeli qui fuerunt
ſine pena eandeꝫ puritatẽ habuerunt. Si
igitur tercio modo. tunc omnes ſancti pa
trie etiam eandẽ puritatẽ habuerũt. et eti
am illi qui ſunt in purgatorio qui omnes
ſunt ſine culpa. Itẽ ſi dicatur ꝙ hec puri
tas ſit maior poſt deum a receſſu origina
lis. quia chriſtus habuit receſſum ⁊ purita
tem ab origine talẽ ꝙ nunꝗ ⁊ nullo mo
do habuit originale. alij omnes baptizati
habent puritatẽ ab originali ita ꝙ pecca
tũ originale habuerunt et adhuc aliq̃ mo
do habent quantũ ad penã fomitis. Sed
inter nullo modo habere nec habuiſſe ⁊ in
ter habere ⁊ habuiſſe quodammodo me
dium eſt ſcꝫ quodammodo habuiſſe ⁊ nõ
habere. ⁊ hec fuit puritas btiſſime ꝟginis

immediata poſt puritatē xp̄i. Si ſic dicat contra eſt qđ dicit anſelmus nō poſt xp̄m ſed poſt deū. Itē ſcđm hoc angeli maiore puritate lucerēt. q2 peccatū originale nunq̄ʒ habuerunt. vel ſcđm hoc etiā bruta ꝛ inanimata maiori puritate lucerent. q2 peccatū originale nec habēt nec habere poſſunt. Itē ſi dicat̄ ꝙ intelligit̄ de hominibus hoc adhuc nō pōt ſtare. q2 Adam in ſtatu innocentie ſcđm hoc maiori nitebat puritate. q2 tūc nullo mō habuit nec habuerat originale. Itē ſi puritas dicit̄ receſſus ab impuro. ſed magis recedit qđ recedit ꝛ q̄ʒtum ad actū ꝛ q̄ʒtū ad diſpoſitōem. ꝛ adhuc plus qđ recedit q̄ʒtū ad actū ꝛ q̄ʒtum ad potentiā ꝛ diſpoſitōem oīm hoꝝ. illud autē puriſſimū eſt inter alia. Sed tale purum eſt ſol qui recedit ab impuro et q̄ʒtuʒ ad actū ꝛ diſpoſitōem ꝛ potentiā. et quocunq̄ʒ modo dicat̄ impuꝝ ſiue dicat̄ vbi ē mixtio naturaꝝ contrariaꝝ opace ſcʒ ꝛ luminoſe. ſiue vbi eſt mixtio nature ꝛ pene ſiue etiam ſcientie ꝛ ignorantie vel neſcientie. nulla iſtarum impuritatum in ſole eſt. qui nec in ſe mixtus nec alteri miſcibilis ē et non habet culpam nec ignorantiam. et ſic purior eſſet beatiſſima virgine ſi puritas hec eſſet receſſus ab impuritate. Item ſi forte dicetur ꝙ hec puritas dicitur ꝑ receſſum ab impuro vbi aptum natum eſſet ineſſe impurum. ſcđm hoc in chriſto vl̄ etiam deo non eſt maior puritas q̄ʒ in quouis homine. quia vel in chriſto vel in deo non poteſt aliqua impuritas eſſe. Ex his igitur patet ꝙ puritas non dicitur per receſſum ab impuro tantuʒ ſed etiam ꝑ approximationem ꝛ acceſſum ad ſummū purum igitur ꝛc̄. Scđm hoc querit̄ vtrum beatiſſima virgo niteret ſcđm ſtatum illuʒ ea puritate ſcilicet qua ſub deo maior nequit intelligi. Et videtur ꝙ non. quia etiam ipſa pꝰ in ſtatu glīe nitebat maiori puritate ꝛ tamen ſub deo. Item omnes ſancti patrie in puritate ſua plus vident̄ appropinquare puritate patrie q̄ʒ quecunq̄ʒ puritas vie. illa eñi ſufficit ad hoc vt poſſint primā lucem per ſpeciē videre. Hec autem non ita. igitur virgo beatiſſima nō nitebat ſumma ſub deo puritate. Item ſi dicatur ꝙ intelligitur ſcđm ſtatū vie adhuc nō videt̄ ꝙ poſſit ſtare. q2 anima xp̄i q̄ creatura fuit in ſtatu vie maiori nitebat puritate q̄ʒ beatiſſima virgo.

Ontra predicta obijcitur in hunc modum. puritas vt videt̄ ſequit̄ naturā luminis vel luminoſi. vt quod plus ꝑticipat de natura lucis plus habuit puritatis. vt ſumma lux vel ſumme luminoſum ſumme ſit lucidū ꝛ puꝝ. et vbi magis proprie ꝛ vere eſt ꝓprietas lucis. ibi magis ꝓprie et vere eſt natura puritatis ꝛ ꝓprietas vnde cū lux ſit corꝑalis ꝛ lux ſit ſpūalis vt dicit Aug. ſup. Gen̄. ad litterā magis proprie dicit̄ lux ſpūalis q̄ʒ corꝑalis. lux erit ꝛ puritas corꝑalis ꝛ ſpūalis. ſed maior puritas corꝑalis eſt ſcđm maiorē conuenientiam ad ſummā maiorē corporalē lucem. et ſcđm hoc aqua purior eſt terra. aer aqua. ignis aere. firmamētū q̄ʒ ignis. celuʒ aqueum q̄ʒ firmamentuʒ. celum empyreum q̄ʒ aqueum. Et illud patet ad ſenſum. Similiter erit maior puritas ſpūalis ſcđm maiorem conuenientiam ad ſummā lucē ſpūalem que deus eſt. qui lux eſt in tenebris ī quo tenebre nō ſunt vlle. ſcđm hoc igit̄ purior eſt aīa ſenſibilis q̄ʒ vegetatiua. rationalis q̄ʒ ſenſibilis. rationalis angelica q̄ʒ rationalis humana ſcđm naturā. Scđʒ gratiam autē que eſt quaſi lumen creatuʒ ꝓcedens a luce increata. vbi maior eſt ꝑticipatio ibi maior ad primaʒ lucē ꝓpinquatio. igit̄ vbi gratia ī ſummo ibi ꝓpinquatio in ſummo ꝛ puritas ī ſummo. Sed ī beatiſſima virgine reſpectu oīm aliaꝝ creaturarū nō vnitaꝝ fuit gratia ī ſummo. igit̄ appropinq̄tio in ſummo ad primā lucē. igit̄ puritas in ſummo. Itē .i. Thy. i. ꝙ caritas ē de corde puro. igit̄ vbi caritas in ſummo ibi puritas in ſummo. ſed in beatiſſima virgine vt oſtenſum eſt ſupra fuit caritas ī ſummo. igitur puritas in ſummo. Item effectus hierarchice actionis ſunt purgare. illuminare ꝛ ꝑficere. ſed beatiſſima virgo fuit ſumme illuminata ꝛ ꝑfecta. igit̄ in ſummo purgata igit̄ in ſummo pura. Iteʒ ad dationē doni ſupremi ſequit̄ collatio oīm inferioruʒ. iuxta illud. Qui ꝓprio filio ſuo nō pepcit ꝛc̄. quomō nō cū ipſo nobis omnia donauit. ſed deus btīſſime v̄gini ſummū donū donauit cuius pura creatura capax fuit ſcʒ dei maternitatē. igit̄ ꝛ ſummā puritatē. Itē dyoniſiꝰ dicit ꝙ ſupiores habēt ꝓprietates inferioꝝ cū excellētia. vñ ſeraphin qui excellit caritate excellit oīmbus

donis inferiores omnes. igitur ⁊ beatiſſi-
ma virgo cum excellit ſeraphin in carita-
te excellit etiam puritate. Item cantatur.
Tu purificator omniū flagitiorum ſpiri-
tus. igitur effectus ſpiritus ſancti eſt pu-
rificatio. finis ⁊ effectus purificationis eſt
puritas. Sed beatiſſima virgo ſuper om-
nem creaturam habuit ſpiritum ſanctum
iuxta illud. Spiritus ſanctus ſuperueni-
et in te. Glo. quod nunq̄ȝ in aliquē venit:
veniet in te. igitur ī ſummo fuit pura. Itē
virginitas eſt puritas cordis. fides ē vir-
ginitas mentis. ſed beatiſſima virgo vir-
ginitatē habuit in ſummo et etiam fidem.
igitur ⁊ puritatem habuit in ſummo. Iteȝ
puritas eſt pars pulcritudinis. ⁊ pars ꝓ-
porcionabilis nō debet eſſe minor ſuo to
to. igiť vbi pulcritudo in ſummo ibi puri-
tas in ſummo. Sed beatiſſima virgo fuit
in ſummo pulcra. igitur ⁊ pura in ſummo
Maior patet per figuras ipſius de rebec
ca que figurabat ipſam. dicitur ꝙ fuit pu-
ella decora nimis virgo pulcerrima. Iteȝ
Heſter. ij. Erat formoſa valde ⁊ incredibi
li pulcritudine. omniuȝ oculis gratioſa. et
amabilis ipſi. Item idem patet ꝑ Judith
⁊ Rachel. Item puritati ſiue mūdicie cor
dis attribuiť videre deū. iuxta illud Ma
thei. v. Beati mundo corde quoniā ipī de
um videbunt. Et illud. Da pure mētꝭ ocu
los in te defigere. Sed beatiſſima in ſum
mo vidit deū. igiť in ſummo habuit purū
oculū. Item ponamus ſcd̄m ſtatuȝ vie ꝙ
anima beatiſſime virginis ſine omni addi
tione gratie vel glorie ſeꝑetur a corꝑe. con
ſtat ꝙ tunc deiformiſſima eſſet in puritate
ſed eandem habuit in corpore. igiť ⁊ tunc
ſuper omnes creaturas nitebat puritate.
Item nō obſtat ꝙ ſua puritas non plene
apprehendat ꝑ ſpeciem lucem increatam
hoc videtur per ſimile. videmus eñ ꝙ q̄n
doq̄ȝ maior lux minus illuminat. ⁊ minor
lux magis illuminat per coniunctioneȝ cū
aere obſcuro vel claro. vnde quandoq̄ȝ il-
luminat magiſ luna in nocte aere puro q̄ȝ
ſol in die cum aere obſcuro. et tamen imp
porcionabiliter eſt maior lux ſolis q̄ȝ lune
a ſimili nec videtur incōueniens ſi maior
lux gratie ī ſubiecto paſſibili coniūcto cor
pori paſſibili et groſſo minus immutat et
mouet actualiter q̄ȝ minor lux glorie ī ſub
iecto impaſſibili et glorioſo. Ex his igitur
omnibus videtur ⁊ probatur etiam ꝙ ſim
pliciter verum ſit ꝙ beatiſſima omniū do
mina ⁊ in ſtatu vie ſuper omnē creaturam
ea puritate nitebat qua ſub deo maior ne
quit intelligi.

Iuxta hoc que
riť q̄n accepit iſtam puritateȝ
in ſummo vtrum ſimul vł ſuc
ceſſiue. Conſtat eñ ꝙ in vtero fuerit ſan-
ctificata ⁊ purgata. ſed ſtatus in vtero in-
quantū hmōi nō eſt ſtatus ad operandū.
igiť illa purificatio non fuit ꝑ virtutē hu-
iuſmodi ſed ꝑ gratiā operantē ſimul ad ḡ
tiā ſacramentalē. Itē conſtat ꝙ poſtea eti
am operabať ſcd̄m virtutes ⁊ illa operatō
eſt ipſius anime glorificatio. vnde Actꝭ. ij
Fide purificans corda eoruȝ. Item con-
ſtat ꝙ in oꝑationibus gratuitis ad operā
dum gradus ſunt eo ꝙ dona ſunt virtuti
bus ſuꝑiora ⁊ beatitudines donis. igitur
ſcd̄m hoc gradus potuit habere purifica
tio que his ꝑfectionibus eſt effecta. Item
ſi purificatio eſt ordinatio ad illuminatio
nē ⁊ ꝑfectionē. igiť quādo illa fuerit in cō-
plemēto tūc etiā puritas erat in ſummo. ſȝ
hoc fuit in conceptione lucis eterne igitur
impleta tunc fuit hec puritas in ſummo.
Itē hmōi puritatis cauſa eſt vt dicit anſ-
elmus ꝙ debuit eſſe mater dei. ſed effectuſ
nō eſt prius in re q̄ȝ ſua cauſa. igiť nō de-
buit prius pura eſſe puritate qua ſub deo
maior nequit intelligi q̄ȝ tunc cuȝ debuit
⁊ incepit eſſe mater dei.

Ad hec dicimus ſoluendo ſicut di
cit Anſelmus. Nempe decēs erat
vt ea puritate qua ſub deo maior
nequit intelligi virgo illa niteret. cui deus
pater vnicū filium ſuum quem de ſuo cor
de equalē ſibi genitū tanq̄ȝ ſe ipſuȝ dilige
bat. ita dare diſponebat vt naturaliter eēt
vnus idēq̄ȝ cōmunis dei patris ⁊ virginiſ
filius. ⁊ quā ipſe filius ſubaliter ſibi matrē
eligebat. ⁊ de qua ſpūs ſanctus volebat ⁊
oꝑaturus erat vt conciꝑetur ⁊ naſceretur il
le de quo ipē procedebat. Dicimus igitur
ꝙ puritas hec eſt ab originali nō dico di
ſtantia ſed ſegregatio ⁊ ad primam lucem
quantuȝ poſſibile eſt pure creature deifor
mis approximatio. vnde Bernardꝰ. ſcd̄m
rem nihil eſt hec puritas aliud niſi pecca-
ti originalis deletio. fomitis extinctio. gra
tuitaruȝ perfectionū vltimatio. Ex his pa
tet ꝙ nihil eſt ad ꝓpoſituȝ qđ obijcitur de

alijs ſanctis. vel de inanimatis. vel xp̄o vl'
angelis vel deo. Et cōcedimus etiā ꝙ i be
atiſſima virgine ſcd̄m ſtatum vie viuit gra
tia deiformior q̄ȝ i angelis. et hoc dico q̄ȝ
tū ad ſubſtantiā ſed nō quantū ad actuȝ q̄
eſt opatio. vt ſupra plene dictū eſt in mate
ria de caritate. Dicamus etiā ꝙ hanc pu//
ritateȝ in ſummo quatuor gradibus aſcen
dit beata virgo. Primo em̄ purificata fuit
ꝑ ſanctificationē in vtero. Secūdo in vir
tutuȝ exercitatione. Tercio in ſpūs ſancti
ſupuentione. Quarto in filij conceptione.
In primo gradu eſt pfectio graduū vel ſa
cramentaliū gratiaꝝ. In ſecundo pfectio
donoꝝ ⁊ virtutū. In tercio pfectio fructu
um. In quarto pfectio beatitudinū. De p
mo dicit̄ in canticis. Tota pulcra es ami
ca mea tota pulcra es ⁊ macula nō eſt i te.
Tota pulcra es ab origiali. tota pulcra es
a mortali. ⁊ macula. id eſt veniale peccatū
non eſt in te. De ſecundo ibidem. Quam
pulcra es amica mea q̄ȝ pulcra etiam abſ
q̄ȝ eo quod intrinſecus latet id eſt corde ꝑ
humilitatē. Item de eodeȝ Heſter. i. Erat
em̄ Heſter formoſa valde. etiam formoſa
in opere ꝑ caritatem que eſt forma omni//
um virtutum. ⁊ incredibilis pulcritudinis
in corpore per inſolitam virginitatis caſti
tateȝ. ⁊ iuxta illud Sap. iiij. Quā pulcra
eſt caſta generatio cum claritate omnium
oculis gratioſa ⁊ amabil' ꝓpter cordis hu
militatē. iuxta illud Luce. i. Reſpexit hu
militatē ancille ſue. Item de eodē Judith
xi. Non eſt mulier talis ſuper terram in cō
ſpectu ⁊ pulcritudine. in aſpectu cōuerſa
tionis in opere in pulcritudine caſtitatis
in corpore. in ſenſu verborū. i. in interiori//
bus verbis ⁊ in puritate cogitatiōis i cor
de. De tercio gradu dicitur in p̄s Sancti
ficauit tabernaculū ſuum altiſſimus. Iteȝ
ibidem. Deus in medio eius non commo
uebitur. Item Luce. ij. Spiritus ſanctus
ſupueniet in te. Item Iſa. xij. Requieſcit
ſuper te ſpiritus dn̄i ⁊ ſpūs ſapientie ⁊ in
tellectus haut dubiū eſt quin etiam ſuper
eam. De quarto dicit̄ Ezech. xlviij. Maie
ſtas domini ingreſſa templū ad vnā par//
tem que reſpicit orientem. Et poſt ſequit̄.
Repleta eſt gloria domus domini. Iteȝ
Iere. xl. Solij glorie tue recordare. Iteȝ
Iſa. xl. Locum maieſtatis mee glorifica//
bo. Et in eodem. xlviij. Parabitur in miſe
ricordia ſolium eius. Item apoſtolus ad
Hebre. iiij. Adeamus cū fiducia thronuȝ
glorie ipſius. Itē anſelmus ꝙ ea puritate
nitebat qua ſub deo maior nequit intelli//
gi. Ex his manifeſtū eſt que qualis ⁊ quā
ta eſt puritas in ſummo quā habet glorio
ſa virgo ꝓ priuilegio.

Einde queri

tur d' priuilegio quod ē ma
trē dei eſſe. rōne cuius etiaȝ
dicit̄ principaliter gratia plēa beatiſſima
virgo. de qua querit̄ vtꝝ maior gratia poſ
ſet intelligi participari pure creature q̄ȝ eſ
ſe matreȝ dei. Et videtur ꝙ ſic. Gratia em̄
immediata eſt poſt filium dei ꝑ naturam
⁊ ita videtur ꝙ plus ſit eſſe filium dei per
gratiam adoptionis q̄ȝ eſſe matrem dei ꝑ
naturam creatam. Iteȝ videtur ꝙ plus ſit
dari alicui eſſe angelum dei q̄ȝ eſſe matrē
dei. quia natura angelica eſt ſupra huma
nam. Item plus eſt eleuari in ſubſtantiaȝ
q̄ȝ in accidens. fieri autem angelum eſt ele
uari in ſubſtantiam ſuperiorem. fieri autē
matrem eſt eleuari ſcd̄m accidens tantuȝ.
igitur maior gratia conferretur beatiſſime
virgini ſi fiereȝ angelus q̄ȝ ꝙ eſſeȝ mater dei
Item cum ſpiritus ſanctus ſit tercia per//
ſona in trinitate ſcd̄m ordinem nature ⁊ fi
lius ſecunda ſcd̄m illum modū. igit̄ ſub il
la gratia qua aliquis fuit filius dei patris
immediate. videt̄ eſſe illa qua aliquis fie//
ret ſpūs ſanctus. ⁊ ſic poſt eſſe filiū dei po
teſt gratia maior intelligi q̄ȝ eſſe matrē dei
ſcȝ eſſe ſpiritū. ⁊ ita videtur nō immediate
gratia beatiſſime virginis eſſe poſt gratiaȝ
filij dei domini noſtri ieſu chriſti. Itē cuȝ
ꝓprietates ꝑſonarum ſint cuiuſlibet ꝑſo//
ne ꝓprietates appropriate. videtur ꝙ poſt
coniunctionē ꝑſonarū ꝓprietatum imme
diatius ſit ꝓprietatum ꝓpriarum coniun
ctio q̄ȝ eſſe matrē dei. Et ſic poſt fieri deū
patrem vel deum filium vel deū ſpm̄ ſan//
ctum eſſet fieri omnipotentē. ſumme ſapiē
tem. ſumme bonū. Item ſi beatiſſima vir//
go adhuc chriſtū filium purum homineȝ
genuiſſet ille eſſet fili9 virginis ⁊ frater dei
illius gratia maior eſſet gratia beatiſſime
virginis que fuit mater dei ſed non filia v̄
ginis. Item iuxta hoc queritur ſi aliq̄ pu
ra creatura eſſet pater dei ſcd̄m humani//
tatem. vtrum hoc eſſet plus ſcȝ hominē eſ//
ſe patrem dei q̄ȝ eſſe matrem dei. et videt̄
ꝙ ſic. quia maius ⁊ dignius eſſe ē patrem

q̃ eſſe matrẽ. igitur eodẽ addito eadeʒ ma
net beatitudo. igitur maius eſt eſſe patreʒ
dei q̃ matrem dei. Item ſi diceretur ꝙ im
poſſibile eſt hominẽ eſſe patrem dei. reſpõ
detur ita. impoſſibile fuit virgineʒ eſſe ma
trem dei ſcd̃m naturaʒ. ſed ſicut nec illd̃ fu
it deo impoſſibile. ita nec iſtud Iſa. lxvi.
Ego qui generationẽ alijs preſto nunq̃d
ſterilis permanebo. Ex quo conſueuit tra
di ꝙ generationis eterne vbi vnus d̃ vno
expreſſiſſimũ exemplum eſt generatio tem
poralis vbi vna perſona de vna ſola. Sʒ
in diuinis non eſt maternitas ſed tantuʒ
paternitas. igitur expreſſius illam generatio
neʒ repreſentaret homo pater dei q̃ ho
mo mater dei. igitur eſſet nobilius ⁊ digni
us eſſe patrem dei q̃ matrem dei. igit̃ hec
nõ eſt maior gratia que participari poteſt
a pura creatura.

Ontra predic
ta obijcitur in hunc modũ. in
ter matrẽ ⁊ filiuʒ eſt coniũctio
ſubſtantialis. inter patrẽ ⁊ filiũ adoptiuũ
eſt ꝑticipatio accidentalis. igit̃ maius eſt
eſſe matrẽ dei ꝑ naturã q̃ eſſe filiũ dei per
adoptionẽ. Itẽ inter eſſe deũ ⁊ nõ eſſe deũ
medium eſt eſſe dei matrẽ ꝑ naturã ⁊ non
eſſe deum. Item illud ad quod ſequit̃ ma
ius bonum eſt eligendũ. ſed ad eſſe matrẽ
dei ſequitur maius bonum q̃ ad eſſe an
gelum. igitur huiuſmodi melius eſt ⁊ ma
gis eligenduʒ. Et minor patet. quia ad eſ
ſe matrem dei ſequitur eſſe dominã omni
um angelorum. Item inter eſſe filium dei
per naturam ⁊ eſſe deum. ⁊ eſſe filium dei
ꝑ adoptionem et non eſſe deum medium
eſt eſſe dei matrem ꝑ naturã ⁊ non eſſe de
um. igitur immediate poſt eſſe deũ eſt eſſe
matrem dei. Item ſolutio ad primũ. quic
quid claudit alterum in ſe plus eſt eligen
dum q̃ illud quod non claudit alteruʒ in
ſe. Sed eſſe matrem dei per naturaʒ neceſ
ſario claudit in ſe eſſe filium dei adoptiuũ
Item cauſa inquantũ cauſa dignior ẽ ſuo
effectu inquantum effectus. igitur digni
us eſt eſſe cauſam boni q̃ cauſatum a bo
no. ſed mater dei eſt cauſa dei ⁊ origo dei
ſcd̃m illud quod natum eſt. frater autẽ dei
non eſt cauſa vel origo dei. ſed cauſat9 ab
eadem origine. igitur plus eſt eſſe matreʒ
dei q̃ dei fratrem. Item mater dei reſpe
ctu filij dei dicit relationem ſuperpoſiti
onis. frater equiꝑantie. Item dicit̃ Exo.
xx. Honora patrem ⁊ matrem. nõ autẽ pre
ceptum eſt de honorandis fratribus. Ma
nifeſtũ igitur eſt ꝙ dignius eſt eſſe matrẽ
dei q̃ fratrem dei. Item ſi beatiſſima vir
go fieret ſpũs ſanctus tunc ipſa eſſet ipſe.
⁊ tũc fieret cõfuſio ſexus. Itẽ ſi duo eſſent
filij in trinitate alter maior eſſet qui eſſʒ fi
lius dei. alter minor qui eſſet filius virgi
nis beatiſſime matris. Itẽ ꝙ nõ poſſet ho
mo eſſe pater dei ſic ꝓbatur. dicit ph̃us ꝙ
maſculus eſt qui generat in alio. igit̃ ille q̃
eſſet pater dei aut generaret in alio aut in
ſeipſo. Si in alio igitur duo. vnus gene
rans in alio. vnus vel vna ab altero gene
rans. igitur eſſet ibi maſcul9 et femina. Si
autem ille pater generaret in ſe. igitur nõ
eſſet maſculus. igitur non eſſet pater. Itẽ
que eſt ratõ quare plus diceretur pater q̃
mater. Item cum non ſit in viro locus cõ
ceptionis ⁊ formationis et nutritõis. ſi fie
ret ſubita formatio non eſſet generat9. Itẽ
cum non ſit ibi organum partus indiffe
rens eſſet ratio virginitatis. ⁊ ſic non eſſet
virginis filius. Iteʒ eſſet nec pater nec ma
ter. Item ſi excluſus eſſet ſexus femineus
ab incarnatione tunc incarnatus non eſ
ſet femina nec de femina incarnatus. Ex
his manifeſtum eſt ꝙ non poteſt intelligi
pure creature maior participari gratia q̃
eſſe matrem dei. vnde hoc eſt priuilegium
beatiſſime domine virginis.

Equitur vi
dere d̃ illo priuilegio quod
eſt mater et virgo. de quo q̃
ritur primo qualiter pona
tur inter priuilegia gratie cum non vide
atur eſſe gratuitum. quod ſic probat̃. vtrũ
q̃ poteſt eſſe cum peccato ſcilicet eſſe virgi
nem ⁊ eſſe matreʒ. igitur neutꝝ poteſt eſſe
gratuitum. Iteʒ quelibet pars comꝑatur
ſcd̃m ſe peccato mortali. igitur ⁊ totũ. Itẽ
ex duobus differentibus non fit vnũ vn
de nec vnum gratuituʒ. Ex his videtur ꝙ
illa ꝑticula nõ debeat poni pro priuilegio
Item ꝙ non conueniat ipſi ſoli videt̃. q̃a
ph̃us dicit ꝙ ſexus eſt in plantis. ⁊ ẽ plan
ta maſcula ⁊ planta femina. ⁊ vna planta
generat aliam plantam ſine corruptione.
ſine commixtione. igitur ibi ſimul eſt ma
ter et virgo. Item eccleſia ẽ ſimul mater et
virgo. igitur non ſolum beata virgo. Sed

ſi dicatur ꝙ eccleſia dicit̄ mater ⁊ v̄go ſpi
ritualiter ⁊ beata v̄go corꝑaliter. Inde ſic
nobilior ⁊ verior ⁊ ꝑfectior ē maternitas ⁊
virginitas ſpūalis ꝗ̄ corꝑalis. igit̄ eccle-
ſia verius ⁊ nobilius ⁊ ꝑfectius dicit̄ ma
ter virgo ꝗ̄ beata virgo. Itē virgo nubēs
in caritate nullā ꝑdit virtutē. ſed ſi pri⁹ ha
buit virtuoſam virginitatem. ergo adhuc
habet ⁊ fit mater. igitur ⁊ maternitatem ⁊
virginitatem ſimul. igitur eſt mater virgo
Item quicquid eſt in inferioribus ꝑtinēs
ad dignitatem eſt in ſuꝑioribus. ſed ange
lus non generat angelum. igitur hoc non
pertinet ad dignitatē. igitur etiam in hoc
non debuit eſſe priuilegiū. Contra homo
eſt digniſſima creatura. igitur generatō
hominis eſt nobiliſſimus effectus natura
lis. igitur generatio nobiliſſimi cuiuſdam
hominis eſt effectus nobiliſſimus. ſed ef-
fectus nobiliſſimus nō eſt niſi nobiliſſime
ſubſtantie. iuxta illud Luc. vi. Unaqueqꝫ
arbor ex fructu ſuo cognoſcitur. ergo gene
ratio nobiliſſimi hominis erit nobiliſſim⁹
effectus generantis homīs. Sed vnus ſo
lus eſt homo nobiliſſimus. igit̄ vni ſoli cō
uenit eſſē matrē eius. igit̄ eius maternitas
ē priuilegiū vnius ſolius. Itē effect⁹ hmōi
generatōis fuit ꝑfectus i ſummo. ſed perfē
ctior generatō ē vbi vn⁹ de vno ꝗ̄ vbi vn⁹
de duobus. igit̄ i iſta generatōe debuit eē
vnus de vna. igit̄ illa fuit mater v̄go. Itē
ad ꝑfectā generatōem ſequit̄ ſcdm naturā
ꝑfectiſſima maternitas. ſed ꝑfectior ⁊ no-
bilior ē maternitas cū incorruptōe ꝗ̄ cum
corruptione. ſed iſta fuit ꝑfectiſſima igitur
debuit eſſe cū virginitate. igit̄ debuit eē
mater virgo. Itē quicquid eſt in arte exem
plari diuina totum debet eſſe exemplatū
⁊ declaratum in exemplo creato. igitur ge
neratio diuina debet aliquod habere exē
plum in natura. Sed ibi vnus eſt de vno
ſine corruptione diuiſione vel mixtiōe. igi
tur vnus hic de vna ſine corruptōe. igitur
erit mater virgo. Item prima dignitas in
diuinis que eſt cōicabilis creaturis eſt a ꝗ
alius ꝑ generationē. igitur ⁊ hec prima et
ſumma dignitas naturalis. igit̄ et in hoc
poteſt eſſe dignitas ⁊ priuilegiū glorioſe
virginis ſuꝑ omnia. Itē homo eſt minor
mundus. creare autē mundū maiorē eſt pri
uilegium dei. igitur generare mundū mi
norē priuilegiū poteſt eſſe homīs. Itē de-
us melior mundo eſt. igitur plus eſt deū

generare ꝗ̄ creare mundū. Itē virginitas
ꝓut fuit in beatiſſima virgine fuit receſſus
ab omni malo. maternitas fuit ei collatio
omnis boni. igit̄ omne eligendū ⁊ appe-
tendū intelligit̄ in hoc priuilegio. Itē ꝙ
hoc ſoli cōueniat beatiſſime virgini ꝓbat̄
hoc modo. Iſa. lxvi. Anteꝗ̄ ꝑturijt peꝑit
maſculū. Et infra. Quis audiuit vnꝗ̄ ta
lia ⁊c̄. Itē eccleſia cantat. nec primā ſimilē
viſa eſt nec habere ſequentē. Itē dyoni. ꝙ
hoc erat omniū nouorū nouiſſimū.

Ad hoc dicimus ꝙ priuilegiū bea
tiſſime virginis eſt ꝙ ſit mater vir
go. ⁊ ꝙ nec ſua virginitas nec ſua
maternitas fuit indifferens ſed vtrūqꝫ me
ritoriū. Eius eñ virginitas fuit ꝑfectiſſi-
ma corporis integritas ⁊ cordis ex radice ſū
me caritatis. Eius quoqꝫ maternitas ſibi
fuit in meritum. quia ipſa cū congruo me
rito fidei ſpei ⁊ caritatis ⁊ ſue excellentiſſi
me humilitatis meruit fieri mater dei. Itē
ex his patet ſolutio ad obiecta de eccleſia
⁊ de planta. Eccleſia eñ non habet i om-
nibus membris integritatem carnis ⁊ mē
tis. ⁊ in nullo habet integritatem cordis ⁊
carnis cum ſumma fecunditate ſpiritus ⁊
corporis. excepta perfectiſſima virginitatē
beate virginis ⁊ fecunditate. Sed et illā
ſpiritualem virginitatem et fecunditatem
quam habet eccleſia in alijs membris ha
bet beata virgo in ſe excellentiſſime cū a-
lijs communē. ⁊ inſuper iſtam priuilegiā
tam ſingularitatē. Sed cum planta ſuo
modo habet virginitatem et fecunditatē
ꝙ quidem ſuo modo virginitas ⁊ mater-
nitas dici poteſt ſed ſibi uxorem floritio
nis cum partu fructificationis reſeruat vt
dicere poſſit. Flores mei fructus honoris
⁊ honeſtatis. ſicut amigdalus illā que vir
ginis matris fuit figura. ⁊ eam quodam-
modo ſub vmbra ⁊ enigmate quodam fu
ture oſtenſionis conamine repreſentauit.

Hinc reſtat vi
dere de iſto priuilegio quod ē
virgo virginum. Cōtra quod
ſic obijcitur. In huiuſmodi locutionibus
notatur excellētia vt flos florum. quaſi di
cat. excellens omnes alios flores. ſimiliter
⁊ rex regum ⁊ dominus dominantiū. cū
igitur nihil excellat ſeipſum nihil eſt virgo
virginum. Item ſi dicatur ꝙ beatiſſima v̄
go dicatur virgo virginū. quia excellit oēs

virgines alias a ſe. Contra ergo excellit chriſtum in virginitate. quod eſt falſum. Jtem ſecundo dicitur virgo virginū. non quia excellit ſeipſam vel chriſtum ſed inferiores ſe. igitur ⁊ beata virgo Katherina poſſet dici virgo virginum. quia excellit omnes inferiores. et quelibet virgo ſic eſt virgo virginū. quare igitur ibi aſſignetur huiuſmodi habitudo neſcio. Si dicatur ꝙ habitudo originis vt ſit ſenſus virgo virginum. id eſt mater vel origo omnium virginū. ſcd͞m hoc eua debet dici virgo virginum. quia eſt origo ⁊ mater virginum ⁊ omniū viuentium. Jtem ꝙ non excellat videtur. dicit phūs ꝙ incontinens eſt qui patitur et deducitur. inſenſibilis eſt qui nec patitur nec deducitur. cōtinens autē qui patitur ⁊ non deducitur. Sed virgo beatiſſima ab oppoſito ꝟginitatis nec patiebatur nec deducebatur. igitur fuit inſenſibilis. ſed inſenſibilitas nō eſt virtus. Alie autem continentes patiebantur. et non abducebantur. quod eſt virtus caſtitatis. igitur beatiſſima virgo non excellit alias virgines in caſtitate ⁊ continentia.

Contra. genitus a generali ⁊ quaſi a prima ſui nominis ratione a qua etiaꝫ nomē accepit nominat habitudinē gignētis ad genitum vel econuerſo. Sed beatiſſima virgo eſt mater omniū virginitate. quia ſine precepto conſilio exemplo. et ſola prima omniū glorioſum munus virginitatis deo obtulit. per quod ⁊ omnes virgines ꝑ imitatōeꝫ in virginitate genuit. igitur ei ſoli cōuenit ꝙ ſit virgo virginū. id ē mater oīm virginū. Jtē ſi noteтur ibi excellentia excellit omnes virgines in fomitis extinctōe ⁊ in ſumma puritate. igitur ſilr̄ cōuenit ipſi ſoli omnes citra deuꝫ excellere virginitate. Jteꝫ victoria eſt declaratō potentie ſupꝛ aduerſariū. Sed magis declaratur potentia qn̄ tanta eſt poteſtas in aduerſariū ꝙ nō poteſt mouere bellū nec inire conflictū ꝗ̄ tunc cū poſt ictus ⁊ vulnera vincit inimicuꝫ. Ex hoc patet ꝙ maior fuit virtus caſtitatis in beatiſſima virgine ꝗ̄ in aliqua virgine pura homine. Jtē ꝙ in virginitate excellit angelos ſic videtur. quia angelorum caſtitas eſt a natura hec autem a gratia. vnde hec nobilior ꝗ̄ illa. Jtem angelorum neceſſaria. hec autem voluntaria. vnde hec gratior illa. Jtē angelorum non meritoria. hec autem meritoria. vnde hec vtilior illa. Jtem angelorum eſt in natura impaſſibili. hec auteꝫ fuit in carne fragili. vnde hec eſt mirabilior ꝗ̄ illa. Jtem angelorū eſt cum arbitrio libero inflexibili. hec cū libero arbitrio flexibili. igitur laudabilior hec ꝗ̄ illa. Et ſic nobilior laudabilior et integralior. quia hec eſt in anima ⁊ corpore. iſta autem in ſpiritu tm̄. igitur patet qualiter beatiſſima virgo excellit omnes virgines in virginitate citra illum qui eſt deus.

Vxta hoc queritur vtrū beatiſſima virgo poſſit dici mater matrū ſicut virgo virginū. Et ſi poteſt qualiter. Qd̄ poſſit videtur. Sicut eniꝫ excellit omnes virgines in virginitate. ita excellit oīes matres in maternitate. Jtē a digniori debet fieri denominatio. ſed dignius eſt eē matrē dei ꝗ̄ virginē. igitur dignior eſt excellentia maternitatis in beata virgine ꝗ̄ excellentia virginitatis. igitur potius debuit dici mater matrū ꝗ̄ virgo virginū. Jtē precipua dignitas cōmunicabilis eſt generatio. ⁊ huic iſta eſt ſimilima. igitur beata virgo deberet ab illa potius denominari. Jtē omnium bonorum mater eſt Sapientie vij. igitur ⁊ mater matrum. Contra. que ſcd͞m prius ⁊ poſterius ⁊ nō vniuoce dicuntur nō ſunt cōpabilia. ſed maternitas primo ⁊ principaliter dicitur de beatiſſima virgine. de alijs per poſterius. igitur alie nō ſunt ei compabiles in maternitate ſed res ſuperlatiui gradus compantur rebus poſitiui gradus ꝑ genitiuuꝫ. igitur nec proprie nec vere diceretur mater matrum. Jteꝫ in virginitate beatiſſime virginis fuit quod fuit in virginitatibus aliarum ſcilicet integritas mentis et corporis. ſed in ea tamen perfectius ⁊ plus. ſed maternitas nō fuit in alijs vt fuit in ipſa. quia alie generauerunt ab alio homine. ſed hec non. ⁊ ſic patet ꝙ comparabiliter dicitur virginitas de beata virgine et de alijs. et non maternitas. igitur poteſt dici virgo virginum ⁊ non mater matrum. Jtē ipſa non fuit prima mater matrum vel origo in maternitate. igitur beatiſſima virgo nō dicetur mater matrum ſed virgo virginū. Quod concedimus dicentes ꝙ beatiſſima virgo non dicitur mater matrū ſed virgo virginū. Et notatur ꝑ genitiuuꝫ duplex

habitudo generalis ⁊ ſpecialis. rōne habi
tudinis quaꝫ importat generaliter notat
originē. Rōne ſpecialis importat excellē
tie ſignificatiōeꝫ. Rōne primi nō conue-
nit chriſto vt dicat̃ virgo virginuꝫ. q2 ipſe
nō fuit primus virgo. quia nō generauit
omnes alias ꝑ imitationē. ſed ipſius ma
ter que primo ꝑ votum virginitatis oꝓ
brium virginitatis abſtulit ⁊ eam cōſecra
uit in ſe. ꝓpter ſecundū ſcꝫ excellentiā nul
la alia pōteſt dici virgo virginū. quia ipa
ſola excellit omnes alias virgines. Excel
lit autem in tribus. Caſtitate. cauſalitate
fecunditate. que tria non eſt in aliqua a-
lia virgine inuenire. Concedimus etiam
ꝙ intantum beatiſſima virgo excellit om
nes matres in maternitate. ꝙ etiā non vi
detur ſcd̄m candē rationeꝫ poſſe dici ei ⁊
alijs maternitatem conuenire non ꝙ ali
quid ei deficiat quod exigitur ad ꝑfectio
nē maternitatis. ſed ipſa ſola ita principa
liter poſſidet rationē materuitatis. ꝙ om
nes alie matres dicunt̃ matres ſcd̄ꝫ dimi
nutā rationē a ratōe ipſius maternitatis
vt melius patebit infra in benedictōibus
mulieꝝ. Alioꝝ ſolutio patet ꝑ ea que i cō
trarium ſunt obiecta.

Unc reſtat ui

dere de illo priuilegio ſcd̄ꝫ ꝙ
beatiſſima v̾go dicitur mater
omniū. Queritur vtrum illud ei conueni
at. Et videtur ꝙ nō. Filij em̄ tempore nō
precedunt matrē. ſed multi tp̄e p̄cedebāt
virginem mariam. igitur nō eſt mat̃ om-
niū. Item cum generatio ſit ingreſſus in
eſſe. ⁊ cum tantū triplex ſit eſſe ſcꝫ nature
gratie et glorie. beata virgo nō eſt mater
oīm ſcd̄ꝫ eſſe nature. q2 plurimi preceſſerūt
eam ſcd̄m eſſe nature. Item nec ſcd̄m eſ-
ſe gratie. quia multi antea habuerūt gra-
tiam anteq̄ꝫ ipſa. Item eadem ratiōe nec
ſcd̄m eſſe glorie. quia multi angeli ⁊ homi
nes habuerunt eſſe glorie anteq̄ꝫ ipa. Itē
ſi ipſa eſt mater per fidem. ſed ſunt mul-
ti qui nunq̄ꝫ habuerunt vel habebunt fi-
dem. igitur non mater omnium homi-
num. Item videtur ꝙ non ſit mater cor-
poralium. quia corporalia non habent eſ
ſe gratie. ergo non poteſt eſſe mater illorū
in eſſe gratie. Et ſic conſtat ꝙ nec in eſſe
gratie glorie vel nature. Item animatuꝫ
nō ꝓprie generat inanimatū. Iteꝫ corpa
lia nō habent fidem. igit̃ nō eſt mater oīm
niū iſtorum. Itē videtur ꝙ nec mater om
niū angeloꝝ. illi em̄ ſemꝑ fuerunt in glo-
ria. igitur nihil receperūt ab ipſa. Iteꝫ an
geli nō ſunt recreati. ipſa autē eſt mater ꝑ
recreatiōem. igitur nō ē mater eoꝝ. Item
ipſa ē mater ꝑ fidē. ſed in angelis nō eſt fi
des. igit̃ nō eſt mater angeloꝝ. Itē quorū
cunq̄ꝫ ipſa eſt mater illoꝝ xp̄s frater. ſꝫ an
geloꝝ xp̄s nō eſt frater. ergo ipſa nō ange
loꝝ mater. In cōtrariū obijcitur ꝙ ſit
mater oīm. nā Luc. ij. peꝑit filiū ſuū pri-
mogenitū. igitur habuit ſcd̄o genitū. ⁊ cō
ſtat ꝙ non corꝑaliter igitur ſpūalit̃. Sed
generatio ſpūalis vna eſt omniū. igitur ip
ſa eſt mater omniū ſpiritualiter. Item fili
us eius non confunditur eos vocare fra
tres ſicut dicitur ad Hebre. ij. Et ipſe eſt
primogenitus in multis fratribus. Item
caro em̄ ⁊ frater noſter eſt. Sed ipſa ē ma
ter omniū ſuorum fratrum. igitur ipſa eſt
mater omniū hominū. Item Iſa. vl. Nū
quid pariet terra vna die aut pariet̃ gēs
ſimul. Conſtat ꝙ non querit d̾ terra ſm̄
litteraꝫ. quia ſtulta eſſet queſtio. igitur in
telligitur de terra ſcd̄m figuram. ſed terra
ſcd̄m figuram eſt beatiſſima virgo. igit̃ ip
ſa pariet ſimul omnē genteꝫ. igitur ipſa eſt
mater omniū hominū. Itē Math. xxi. Et
qui preibant et qui ſequebant̃ clamabant
oſanna. ibi dicit Aug. ꝙ omnes qui pre-
cederent ſiue ſequerentur incarnatōꝫ ſal-
uabantur ꝑ fideꝫ mediatoris dei ⁊ hoīm.
ſed ad illā fidē neceſſario exigitur explici
te vel implicite credere deū incarnatū de
virgine. igitur ꝑ hōc regeneratio vniuerſa
lis. igitur fides incarnati de virgine eſt ꝑ
qd̄ eſt regeneratio facta in eſſe glorie om-
nium hominū. Item ꝙ ipſa ſit mater cor
poralium ſic ꝓbatur. Ipſa eſt mater inno
uationis corporaliū iuxta illud Ro. viij.
Omnis creatura ingemiſcit et parturit vſ
q̄ꝫ adhuc expectans reuelatōem filiorum
dei. igit̃ ipſa eſt mater in eſſe innouatōnis
oīm corporaliū. q̄m omnis creatura reno
uabitur. igitur ꝑ ipſam et liberabitur a ſer
uitute corruptōis in libertatem filioꝝ dei
Item ꝙ ſit mater omniū videtur. q̄m om
niū bonoꝝ mater eſt Sap. vij. ipa eſt ma
ter gratie. Sed ꝑ gratiā dat̃ eſſe gratuitū
⁊ glioſuꝫ. igit̃ ipſa ē mater oīm bonoꝝ bo
nitate gratie ⁊ glie. Itē de ipſa ap ꝓpriate
legit̃. Cū ipo erā oīa cōpones. et tūc dn̄s

poſſedit me ab initio viarum ſuarum· ꝓ=
uerbioꝝ·xij·Itē Ecci.xxiiij.primogenita
ante omnē creaturaꝫ.Ex his videt̄ ꝙ ipſa
eſt mater omniū ⁊ prior omnibus ⁊ origo
omniuꝫ. Item Bern· Merito o domina
in te reſpiciunt oculi vniuerſe creature in
qua ⁊ ex qua benigniſſima manꝰ dei quic
quid creauerat recreauit· Item ipſa ē ma
ter omniū· ⁊ deus pater eſt origo omniū
quicquid autem ꝑ ſe origo ⁊ cauſa cauſe
eſt· ꝑ ſe eſt origo ⁊ cauſa cauſati. ſed ipſa ē
mater eius qui eſt cauſa ⁊ origo omniuꝫ.
igitur ipſa ꝑ ſe eſt mater omniū. Itē ange
li accipiunt a ieſu illuminationē ꝑfectōeꝫ
beatitudinē. ipſe em̄ eſt in quē deſiderant
ꝓſpicere· i. Petri. i. Per quem omnia re=
ſtaurantur in celo ⁊ in terra Col. i· igitur
⁊ angeli recipiunt quoddā eſſe glorie a be
atiſſima virgine. igitur ipſoruꝫ eſt mater
in eſſe glorie. Item ipſa eſt gratie mater·
ſed gratia generat gloriaꝫ. ergo ipſa ē ma
ter glorie· igit̄ ipa eſt mater omniū q̄ ſunt
in celo ſcd̄m eſſe glorie. igitur ipſa eſt ma
ter angelorum.

Ad hec dicimus reſpondendo ꝙ
beatiſſima virgo omniū bonorum
mater eſt· Sed mater reſpectu fi=
lij quatuor habet ꝓprietates q̄ ſunt geni
tura· cura· prioritas. dignitas· reſpectu ali
cuius habet oēs iſtas ꝓprietates ⁊ reſpe=
ctu alicuius aliquas ⁊ nō omnes. ⁊ ſcd̄m
magis ⁊ minus dicit̄ ꝓprie omniū hoīm
mater. Itē mater eſt ſcd̄m oēs ꝓprietates
maternitatis genitura· quia vnū homineꝫ
genuit in quo omnes regenerauit. ⁊ hoc ē
ꝙ pepit filiū ſuum primogenitū· Itē ma
ter noſtra eſt cura. quia in vno nobis ge=
nuit quicquid ad hanc vitam vel futuraꝫ
neceſſariū nobis fuit. Unde dicit. a gene
rationibus meis adimplemini. Iteꝫ que
ꝓprio filio non pepercit quomodo nobiſ
non omnia cum illo donauit. Item ipſa
eſt mater noſtra prioritate· quia ipſa ē pri
mogenita ante omnē creaturam· Ipſa eſt
mater dignitate p̄deſtinatōnis. Ipſa em̄
ante ſecula p̄deſtinata eſt vt eſſet principi
um ex quo recreandum fuit omne creatū.
Et ſcd̄m hoc loquuntur iſte auctoritates
dn̄s poſſedit me ⁊c· ſcd̄m ꝙ de ipſa expo=
nuntur· Angeloruꝫ quoqꝫ mater dici po
teſt genitura. quia generauit patrē ange=
lorum ⁊ reſtauratorē eorum· Similiter ⁊
corꝑalium mater genitura· qꝛ genuit ipſo

rūm innouatorē· Eſt etiā prior ipſis prio
ritate p̄deſtinatōis ⁊ dignitate p̄lationis
Iteꝫ vniuerſaliter quia mater ē creatoris
oīm. igit̄ mater oīm creaturarū ē· Et ideo
etiā vt patet conſiderāti mater ē omniuꝫ
dignitate. Et ſic patet q̄liter ꝓpriū priui=
legiū ē beatiſſime virginis qm̄ oīm bono=
rum mater eſt.

Unc reſtat ui

dere d̄ illo priuilegio ſcd̄m ꝙ
beatiſſima virgo dicitur ſtella
maris. De quo primo querit̄ vtrum huiuſ
modi appellatio dicat̄ ꝓprie vel tranſlati
ue· Et videtur ꝙ ꝓprie. quia verba ſumen
da ſunt ſcd̄m ꝓpriam ſignificatōem. Iteꝫ
vbi magis ꝓprie eſt natura totius ibi ma
gis proprie natura partis· ſed in ſpiritua
libus magis proprie eſt natura totius lu
cis. igitur et ibi magis proprie eſt natura
ſtelle igitur beatiſſima proprie dicitur ma
ris ſtella. Contra ſi ſumitur proprie vt
dicitur de beata virgine ⁊ proprie vt dica
tur ſtella. igitur inter illa non attenditur
ſimilitudo. Item ſcd̄m hoc beatiſſima vir
go potius diceretur ſtella celi q̄ꝫ ſtella ma
ris· Poſt hoc queritur ſi hec appella=
tio conueniat beatiſſime virgini tranſſum
ptiue. ⁊ neceſſe eſt vt dicit apoſtolus trāſ
ferentes aliqua ſimilitudine vti· que ſit ſi
militudo ipſius ab alijs ſtellis cū beatiſ=
ſima virgine ⁊ glorioſa. non em̄ videtur ꝑ
naturam ſubſtantē· quia illa eadem natu
ra eſt etiā in alijs ſtellis. Item figura hu
ius ſtelle non conuenit beatiſſime virgi=
ni plus q̄ꝫ figura aliaꝝ ſtellaꝝ· Sed ſi ꝓ=
pter maiorē lucem tunc alie quedam ſtel
le ſunt magis ſtelle luminoſe q̄ꝫ illa. ſicut
eſt lucifer· igitur potiuſ diceretur beatiſſima
virgo lucifer q̄ꝫ ſtella maris. Item ſi dica
tur ꝓpter ſitū hoc nō videtur. quia illa eſt
vltima i cauda vrſe· beatiſſima autem vir
go nō eſt vltima neqꝫ in cauda· Item nō
ꝓpter motū. quia mouetur cū firmamen=
to ſicut alie ſtelle· ⁊ ſic nō videtur ꝙ ſit ali
qua ꝓprietas huiꝰ ſtelle ſuꝑ alias cū bea=
tiſſima virgine ꝓpter quā debeat dici ſtel
la mariſ plꝰ q̄ꝫ noīe ſtelle alteriꝰ. Itē ſi dica
tur ꝙ ꝓpter effectū q̄a dirigit nauigātes.
hoc iteꝝ eſt cōmune om̄ibus alijs ſtellis ⁊
lune ⁊ alijs planetis· Item ſi dicatur ꝙ ſi
cut ſtella dirigit nautas claritate ſue luc̄
ita beatiſſima virgo totū mundū luce ſue

conuerſatõis· ꝛ ſic dicatur ſtella ratõe exẽ
plaritatis. Tũc queritur vtꝝ ſibi ſoli hoc
conueniat vt hoc habeat ꝓ priuilegio. Et
videtur ꝙ nõ. quia dictũ fuit moyſi inſpi
ce ꝛ fac ſcḋm exemplar quod tibi monſtra
tũ eſt. Qḋ quaſi exponens beatus dyoni
ſius dicit. ꝙ hierarchia humana ꝑ exem
plaritatẽ deſcendit a celeſti Et ideo ĩ apo
ca. xxi. Uidi ciuitatẽ ſanctaꝫ hieruſalẽ no
uam deſcendentẽ ḋ celo. igitur videtur ꝙ
ratio exemplaritatis vniuerſalis ſit in ec=
cleſia triumphante reſpectu militantis. et
ſic ab illa exemplaritate nõ diceretur bea=
tiſſima virgo ſtella maris. Iteꝫ p̄s. In ca
pite libri ſcriptũ eſt de me. Glo. Ego ſuꝫ
liber humani generis. Iteꝫ omnis chriſti
actio noſtra eſt inſtructio. Itẽ ipſe chriſtꝰ
dicit. Ego ſum lux mundi. igitur potius
ipſe diceretur ſtella maris. Iteꝫ ſacra ſcri
ptura ſufficienter oſtendit omnia pericu=
la vitanda ꝛ omnia compendia nauigan
di ad portum patrie. vnde dicitur etiã lu
cerna pedibus meis verbũ ꝛ lumen ſemi
tis meis. igitur illa ꝓprietas a qua beatiſ=
ſima virgo dicitur ſtella maris etiam con
uenit ſacre ſcripture. Item cum virgo bea
tiſſima ſit data nobis in exemplum inno
centie. Maria autem magdalena in peni
tentie exemplum illis qui ſunt in naufra
gio conſtituti. videtur potius ꝙ beata ma
ria magdalena dicatur ſtella maris. Iteꝫ
qui ad iuſticiam erudiunt multos fulge=
bunt quaſi ſtelle in perpetuas eternitates
igitur videtur ꝙ proprietas hec conueni
at om̃ibus doctoribus. Item queritur ul
tra hec vtrum hec ꝓprietas cõueniat bea
tiſſime virgini ſcḋm ſtatum vie. videtur ꝙ
non. quia in illo ſtatu fuit abſcondita vel
occulta. Si autem ſcḋm ſtatuꝫ patrie tũc
potius diceretur ſtella celi. Itaqꝫ cuꝫ nõ
tm̃ viam oſtendit ſed etiam trãſuehat po
tius deberet dici nauis mariꝭ ꝙꝫ ſtella ma
ris. Iteꝫ queritur q̄re ab hac ꝓprietate no
men accepit cũ habuerit nobiliores reſpe
ctu dei ꝛ hec reſpectu noſtri.

Uod autem beatiſſima virgo ꝓ=
prie dicat̃ ſtella maris ſic ꝓbatur.
vna eſt ꝓprietas illius ſtelle ꝙ ẽ ſi
ta in ſummo poli reſpectu oĩm. et beatiſſi
ma virgo ẽ ſuprema oĩm ſanctoꝝ. igit̃ ip
ſa cõuenienter ꝑticipat nomẽ illius. Iteꝫ
vt dicit dyaſtenes de archos minore ꝙ ĩ
principio libre caude ſtella ẽ infima. vna
que polus appellat̃. ꝑ quẽ locũ mundus
iſte exiſtimatur verſari. nulli autẽ pure cre
ature videtur potius cõuenire mundũ cir
ca ipſam verſari ꝙꝫ glorioſe regine celi et
mũdi. igitur ipſa eſt ſtella maris. Itẽ iſta
ſtella implet numeꝝ ſeptenariũ. qui ẽ nu=
merus virgineus. quia vt dicit Macrobi
us. oẽs numeri infra decadẽ vel generãt
vel generãtur vel genita ſunt p̄ter ſepte=
nariũ. ꝛ cui magis hoc ꝓpriũ ꝙꝫ illi q̄ nec
ſcḋm naturam genuit vel genita fuit. Itẽ
iſta ſtella eſt ſumma ꝛ vltima in cauda vr
ſe. Et quid ẽ hoc niſi illa que ſuprema di
gnitate ꝛ humilitate vltima. Iteꝫ hec ſtel
la ferrum attrahit. ꝛ beatiſſima virgo per
infinitã ſuaꝫ miſericordiã peccatores du
ros ad modum ferri ad celũ trahit. Iteꝫ
nautas dirigit. ꝛ beatiſſima virgo omnes
naufragantes ad portum ſalutis remit=
tit. Item ſita eſt contra aquilonem. ꝛ be=
atiſſima virgo ſemper verſa eſt ad pecca=
torem. Ex his patet ꝙ multe ſunt ſtelle. il
lius proprietates ſoli virgini appropria
biles propter quas ſcḋm modum tranſ=
ſumptionis beatiſſima virgo dicitur ſtel
la maris. Sunt igitur plures illius ſtel=
le proprietates. ꝛ quedam illarum illi ſo=
li conueniunt quibus reſpondent alie il=
lis improporcionabiles in beatiſſima vir
gine. ꝓpter quam conuenientiaꝫ ipſa ſola
dicitur ſtella maris. Si autem queritur
que ille proprietates ſint ĩ quibus eſt ſi=
militudo. Dicimus ꝙ in illa ſtella eſt cõ=
ſiderare ſubſtantiã qualitatẽ ſitum ſtatuꝫ
effectus. Subſtãtia ẽ celeſtis incorrupti
bilis origo lucis. ꝛ beata virgo eſt celeſtis
cõuerſatiõe. incorrupta corꝑe. origo lucis
in generatõe. Qualitate eſt ſupior clarior
ꝛ vtilior. et ſic beatiſſima virgo eſt omni=
bus ſuperior dignitate. clarior virginita=
te. vtilior fecunditate. Situ eſt ſuprema ꝛ
ĩ cauda vltima. ꝛ beatiſſima ẽ ſuprema ſi
tu poli in dilectiõe dei ꝛ in cauda noſtre
turpitudinis protectione ꝛ vltima humi
litate. Statu hec ſtella eſt quaſi ſine mo
tu. ſine occaſu ꝛ quaſi ſine errore. Et be=
atiſſima virgo fuit ſine motu inconſtan=
tie. ſine caſu culpe. ſine errore ignorantie.
Effectus ſtelle eſt triplex. ferruꝫ attrahit.
lucem tribuit. nautas dirigit. Sic beatiſſi
ma virgo attrahit pctõres. illuminat peni
tentes. dirigit innocẽtes. Item attrahit a
culpa. illuiat̃ in iuſticia. dirigit ad gloriã

Uel ſic attrahit inſipientes. illuminat ꝓ-
ficientes. dirigit perfectos et perſeueran-
tes. Et nota ꝙ dominus beatiſſime virgi
ni opus recreationis ſcḋm quatuoꝛ gene
ra cauſarū cōmunicauit. Cauſa efficiens
noſtre regeneratōis poſt deū ſub deo ⁊ cū
deo ipſa fuit. quia illa illum nobis genu-
it qui nos omnes regenerauit. ⁊ ipm̄ gi-
gnere ſuis virtutibus de cōgruo ꝓmeruit
Item cauſa materialis. quia ſpūs ſanctuſ
de puriſſimis carnibus eius ⁊ ſanguini-
bus ipſius cōſenſu mediante carnē ſum-
pſit. quia ī corpus tranſformauit ꝑ quod
redemptio noſtra facta fuit. Itē cauſa fi-
nalis fuit. quia ꝑ totum opus redemptio
nis poſt deū in ipſius gloriā ⁊ honorē oꝛ
dinatū fuit. Unde Apoc. xxiiij. Senio-
res ⁊ omnes ſancti mittunt coronas ſuas
ante pedes agni recognoſcētes ſe eſſe co
ronatos illa humilitate ⁊ hūanitate quā
accepit de virgine. Et ipſa eſt illa mulier
que habet coronam. xij. ſtellarum. i. omni
um ſanctoꝝ. quia omnes ꝑ ipſaȝ ſunt co
ronati. ⁊ ſic filius diuidit cum ipſa cauſaȝ
fina lem recreationis. Item cauſa forma-
lis eſt ipſa recreationis. quia omnibus lu
ce ſue deiformiſſime conuerſatiōis eſt ſpe
culum ⁊ exemplar reuerſionis a tenebris
⁊ directionis ⁊ conuerſionis ad contuitū
prime lucis. Et ꝓpter hoc ratione vniuer
ſalitatis ꝑ modum exempli directionis et
reductionis dicitur virgo clariſſima ſtel-
la maris. Conuenit igitur illud priuilegi
um beatiſſime virgini in ſtatu patrie. ſȝ ra
tione eoꝝ qui ſunt ī ſtatu vie. qꝛ ſicut ſtel
la in celo ſic dirigit nauigantes in mun-
di pelago. vnde nō dicit̄ nauis maris ra-
tione illius ꝓprietatis. nauis em̄ fluctibꝰ
conquaſſatur ⁊ non dirigit ſed dirigitur.
Scripture quoqȝ nō competit iſta appel
latio. ſcriptura em̄ dirigit ꝑ verba. ſtella ve
ro. id ē beatiſſima virgo dirigit ꝑ exempla
Itē chꝛiſtus vel deus nō dicit̄ ſtella ma-
ris. quia eſt fons totius lucis. nec Mag-
dalena dicitur ſtella maris. quia non diri
git omnes ſed tantū penitentes. ⁊ poſtea
dirigit ipſa quia etiaȝ dirigitur. Sed ſtel
la nauem dirigit et a naui non dirigitur.
Magdalena illuminat ꝑ opera peniten-
tis ad penitentiā et nō ad opera innocen
tie. ſed beatiſſima illuminat ꝑ opa inno-
centie ⁊ etiā ꝑ opera nō dico penitētis ſed
penitentie. Fuit em̄ innocens ſed nō mi-
nus fecit opa penitētie. Itē aliȷ̄ tm̄ illumi-
nabant viduis. aliȷ̄ tantū ꝯiugatis. aliȷ̄ tā
tū virginibus. ſed beatiſſima virgo illumi
nabat omnibus ſimul viduis coniugatis
⁊ virginibus. Ex his patet ꝙ priuilegiuȝ
eſt beatiſſime virginis marie ꝙ vocata ē
ſtella maris.

Eſtat nunc vi
dere de priuilegio illo ſm ꝙ
dicitur porta celi. Contra qḋ
ſic obiȷ̄cit̄. Edificium nō eſt ꝑfectum ſine
porta. ſȝ anteqȝ beatiſſima virgo fieret ce
lum habuit portam. igitur ipſa non ē por
ta celi. Item porta non intrat. ſed ꝑ por-
tam omnes aliȷ̄ intrant. ſed beatiſſima vir
go celos penetrauit. igitur non eſt porta
celi. Item queritur qualiter nos impor-
tet. ſi per exemplum vel ſuffragiuȝ ſic qui
libet ſanctus eſt porta celi. Si per meri-
tum tunc crux chꝛiſti eſt porta celi. qꝛ paſ
ſio chꝛiſti aperuit nobis celū. Iteȝ Joh. x.
Ego ſum hoſtiū. igit̄ nō beata virgo. Itē
Ezech. xl. ⁊ Joh. i Apoc. xxi. vidit. xij. por
tas. igitur beata virgo nō ēſt tantū porta
Item penitentia eſt porta in celo. igitur
nō ipſa tantū porta celi. Itē Jacob Gen̄.
xlviij. Non eſt hic aliud niſi domus dei ⁊
porta celi. ergo eccleſia eſt porta celi. Itē
ſi vis ingredi ad vitaȝ ſerua mandata. igi
tur obſeruantia mandatoꝛuȝ eſt porta ce
li. Contra proprietas porte eſt impor-
tare ⁊ exportare. Sed nec mādata nec pe
nitentia exportant ſed tantū important.
Sed beatiſſima v̉go ⁊ egredientes expoꝛ
tauit ⁊ ingreſſores importat. igitur ipſa ē
proprie porta. Item chꝛiſtus importat ſȝ
non exportat. Item porta poteſt eſſe ī ho
ſtio. Item in templo fuerunt duo hoſtia
que ſimul aperiebantur ⁊ claudebantur.
igitur ⁊ in celo dominus et beata virgo.
Item Aug. hoc adoptauit. illa fides ſa-
na eſt qua credimus nullū hoīm ſiue ma
ioris ſiue minoris etatis liberari a conta
gione mortis ⁊ obligatione peccati quod
prima natura cōtraxit niſi ꝑ vnū deuȝ me
diatorem ieſum chꝛiſtum. Itē ibidē. Ea-
dem fides que nos ſaluat multos ſaluos
faciebat antiquos. Item Gregorius ſuꝑ
Ezechi. dicit ꝙ qui ꝑibāt ⁊ qui ſequebant̄
clamabant oſanna. qꝛ omnes electi qui ī
iudea poterāt eſſe vel nunc ſunt ī eccl'ia. ī
mediatorē dei ⁊ hoīm crediderūt ⁊ credūt

Ex his patet ꝙ fides mediatoris eſt que introducit credentes. ⁊ in illum mediatorem implicite vel explicite oportebat ipſum credi eſſe natum de virgine. Et ille eſt primus articulus de huiuſmodi mediatore. ⁊ ſic fides incarnati de virgine inquantū de virgine omnes portat in celos. igit̄ ipſa eſt ꝓprie porta. igit̄ ⁊c̄. Iuxta hec querit̄ qualiter differat celi porta ⁊ feneſtra celi. ⁊ qualiter beata virgo dicat̄ vtrūq;. Ad hec dicimus ꝙ beata virgo ꝓprie dicitur porta celi. quia per ipſā exiuit q̄cquid gratie vnq; creatum vel increatū in hunc mundum venit vel venturū fuit. omnium eſt bonorum mater ⁊ mater gratie ⁊ mater miſericordie. ⁊ etiam ipſa gratia increata tanq; aqueductus exiuit ab ipſa et venit in mundum Item ꝑ ipſam intrauit quicquid vnq; boni de celis in terram deſcēdit ⁊ econuerſo. Unde dicit filius eius Sapie. vij. Uenerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Unde ipſa eſt porta templi ſpecioſa que filio exeunti ꝑ ipſam fuit clauſa. Unde Ezechielis. xliij. Porta hec clauſa erit. egredietur princeps ꝑ ipſam. Hec porta omnibus intrare volentibus eſt ꝑuia. vnde ipſa eſt. xij. porte. quia ipſa ex omni parte mūdi tria hominū genera viduas. coniugatas et virgines apportat ⁊ importat. Eſt autem nō ſolū porta importando homines. ſed ⁊ feneſtra ꝑ quam lux venit in hūc mundū. ⁊ lux que de terra orta eſt de ipſa procedens penetrauit celum. lux illuminans celū ⁊ mundum. Ex quo patet qualiter glorioſa virgo eſt porta ⁊ feneſtra celi.

Poſt hoc queritur de priuilegio quod eſt cōmunicatio paſſionis Et videtur ſcd̄m ꝙ exponitur primo. ꝙ non fuerit ei paſſio cōmunicata per illud Iſa. lxiij. Torcular calcaui ſolus ⁊ de gentibus nō erat vir mecum. Glo. tormenta ſuſtinui. Item glo. Solus ſamſon preciſus crinibus fuit ⁊c̄. Iudicū. xvi. nec angelus nec archangelus. nec quilibet celeſtis ſpiritus. deniq; humani generis nullus vl̄ gētilis vel iudeus ſed ſolus deꝰ pugnat vel ſuꝑat. igitur nulli eſt paſſio cōicata. Itē omnes alij ſunt in ſtatu ſaluandoꝝ ⁊ redimendorum. ipſe ſolus redemptor ⁊ ſaluator. ſed ad redemptionē paſſio ꝑtinet igit̄ ipſe ſolus fuit paſſus. Itē in immolatione yſaac ⁊ omnibus alijs figuris paſſionis nunq; figurat̄ ſub ꝑticipatiōe plurimū. igitur ⁊ in figurato tm̄ debet eſſe paſſus vnus pro omnibus. Itē pſ. Singulariter ſum ego donec tranſeam. Et ſic videt̄ ꝙ cōicatio paſſiōis nō eſt priuilegiū beatiſſime virginis. eo ꝙ nō fuit cōicata alicui creature. E cōuerſo videt̄ ꝙ non poſſit eē priuilegiū beatiſſime virginis eo ꝙ pluribus ⁊ nō ipſi ſoli fuerit cōicatum. quod ꝓbatur ꝑ illud Iob. xix. Pelli mee ꝯſūpt̄ carnibꝰ meis adheſit os meū. Glo. Grego. In oſſe fortitudo. in carne corporis infirmitas deſignat̄. ꝑ os chriſtꝰ. ꝑ carnē diſcipuli deſignant̄. qui tempꝛe paſſionis infirmi fuerunt. ꝑ pellem que exterior eſt femine ſancte deſignantur que exterioribus deo miniſterijs ſeruierunt. quare igitur conſumptis carnibus os domini adheſit pelli ſue. quia fortitudo eius fugientibus ſe diſcipulis inuenit iuxta ſe mulieres. igitur non ſoli marie tempore paſſionis cōmunicata eſt paſſio vel fides paſſionis. Item Ioh. xviiij. Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius ⁊ ſo. ⁊c̄. igitur ip̄a nō ſola conſors paſſionis. Item in cruce dixit Ieſus matri. Ecce filius tuus. Deinde dixit diſcipulo. Ecce mat̄ tua. Hic nota qualiter beatus Iohannes honoratur tanto priuilegio vt filius virginis diceretur. ⁊ vt ſibi mater dei committeretur. nec hoc factum fuiſſet ſi non fuiſſet fidelis ſeruus ⁊ prudens cui cōmitteret dn̄s matrē ſuam. ſi autem fidelis. igitur habuit fidē ⁊ paſſionem. Item Marci. xiiij. Adoleſcens ſequebatur eum ſyndone ſuꝑ nudo amictus. at tenuerunt eū. ⁊ ille relicto ſindone nudus profugit ab eis. Glo. ab eis quorum p̄ſentiam execrabat̄ ⁊ facta. non a deo cuius amore etiam abſens cor perſeuerauit in mente. ſed caritas nō eſt ſine fide. igit̄ iohānes habuit fidē cōpaſſionis Itē lazarꝰ fuit nuꝑ ſuſcitatus in aīa ⁊ corpore. ⁊ multa de penis infernalibus narrauit. vt dicit Chryſoſt. de illo igit̄ qualiter opinabile eſt ꝙ tamcito ceciderit a fide. Itē latro in cruce ꝑ veram penitentiā placuit deo. ſed ſine fide impoſſibile ē placere deo. igit̄ habuit fidē ⁊ compaſſionē. igit̄ hoc non eſt priuilegiū dn̄e noſtre qđ pōt etiā latroni ꝯuenire. Itē hel. ⁊ enoch qui locuti fuerūt cū dn̄o i transfiguratiōe

habuerunt etiã fidem incarnationis ⁊ paſ
ſionis. Item Johannes baptiſta in lym-
bo habuit fidẽm. Item multi abſentes q̄-
bus dñs non predicauerat. vt ille de quo
dixit Math. viij. Non inueni tantã fidẽ
in iſrahel. ⁊ multi alij. Item glo. Egredit̃
foras vt culpã negationis liberius lauet
fletibus. Item Cornelius fidem habuit ⁊
preſens nõ fuit. Et videtur ex his ꝙ multi
tẽpore paſſionis habuerunt fidẽ et per cõ
ſequens paſſionẽ. Et ſic nõ poteſt poni ꝓ
uilegiũ fides paſſionis vel cõicatio paſſi-
onis. Sed contra. ſi de eo qđ magis vi
detur ineſſe ⁊ nõ ineſt. nec de eo qđ minꝰ.
Sed maxime videbatur de mulieribus q̄
habuerunt fidem paſſionis vt ſupra ꝑ glo
ſam Grego. Et inter mulieres maxime vi
debatur de maria magdalena. ſed illa nõ
habuit fidem tunc. igitur nec aliquis nec
aliqua earum. Minor patet Joh. xx. Ma
ria magdalena venit mane ad monumen
tum cũ adhuc eſſent tenebre. quia adhuc
fuit in tenebris infidelitatis. Item Muli
er quid ploras. Gloſa. non lacrimas nu-
das ſed fidem quero. bone lacrime ſi Je-
ſum agnoſcas. Et infra. Noli me tangere
nondum enĩ aſcendi ad patrem meũ. Glo
ſa non ꝙ nollet tangi niſi cum aſcendiſſet
in celum cũ etiam mulieres ⁊ alij eum te-
tigiſſe leguntur ⁊ nõ aſcendentẽ in celum.
vult igitur ſpiritualiter tangi. id eſt credi.
vt ſit equalis patri. et q̃ iſta adhuc in eũ
carnaliter credebat. quẽ ſicut hominẽ fle-
bat audit. Noli me tangere. id eſt ſic in me
credere. quia nondũ in corde tuo aſcendi
ad patrem meum. id eſt nondũ credis me
eſſe equalem patri. tunc tangis eũ ſi non
in patrem tantũ credis. Itẽ quem mortu-
um credis viuentẽ tangere nõ metuis. Ex
his patet ꝙ magdalena de qua minime vi
debatur in paſſione domini diſcredidit ⁊
cecidit. igitur et omnes alij. Item Math.
xxij. Omes vos ſcandalũ patiemini ĩ me
ĩ iſta nocte. Glo. predicit quid paſſuri ſint
ne poſt euentum deſperent. ſed ꝑ peniten
tiam liberentur. Itẽ infra. Relicto eo om
nes fugierunt. Itẽ petrus qui expreſſiue fi
dem fuit ꝓteſtatus ter negauit. igit̃ multo
fortius alij. Item Math. Quidam adole
ſcens amictus ſyndone. Glo. quod poteſt
intelligi Johannes fuiſſe. igitur ⁊ iohan-
nes fugit. Itẽ Johannis. xix. Currebant
duo ſimul. Et infra. Tunc igit̃ introiuit ⁊
ille diſcipulus qui venerat prius ad mo-
numentum ⁊ vidit ⁊ credidit. Et ſic patet
ꝙ Johãnes nõ prius credidit. Itẽ đ mu-
lieribus Bern. Sic vos o bone mulieres
cui nã queſo excubias exhibuiſtis. cui a-
romata preparaſtis. cui vngenta paraſtis
Si ſciretis quantus ſit. quantũ inter mor
tuos ſit liber mortuus iſte quem vos vn-
gere vultis. forſitan poſceretis ab eo vngi.
nempe ipſe eſt quem vnxit deus oleo leti-
cie pre conſortibus ſuis. beate eritis ſi glo
riari poteritis reuertẽtes ⁊ dicere ꝙ de ple
nitudine eius accepimus omnes. enimue-
ro factum eſt ita. nam vncte remeant que
vngere venerant. miſſe ab angelo opus fa
ciunt euangeliſte facte apoſtole apoſtolo
rum ad annunciandũ mane miſericordiã
dñi. Ex his patet ꝙ mulieres in paſſione
dñi diſcrediderunt. Item ꝙ beatiſſima
virgo ſola tempore paſſionis permanſerit
in fide videt̃ poſſe ſubtiliter inueniri ſcꝫ
Iſa. lxiij. cũ dicit. Torcular calcaui ſolus
⁊ de gentibus non erat vir mecũ. Si enĩ
omnes homines voluiſſet excludere ſuffe
ciſſet dicere calcaui ſolus. et ſic ſuperfluũ
eſſet dicere non erat vir de gentibus me-
cum. Item ſic dixiſſet potius de gentibus
nullus eſt mecum. quando igitur viros ex
cluſit conſtat ꝙ aliquam feminã reliquit
quam non excluſit. que torcular paſſionis
ſecum ſuſtinuit ⁊ calcauit. Itẽ magis vide
batur de mulieribus q̃ꝫ de viris ꝙ ſecum
calcauerãt. quia ille ſtabant circa crucem.
igitur ſi voluiſſet omnes excludere potius
debuit eas expreſſiſſe de quibus videba-
tur magis ineſſe. Item adhuc Ambroſiꝰ.
Stabat iuxta crucem non vt dolorem fi-
lij conſideraret ſed vt ſalutem humani ge
neris expectaret. igitur ipſa ſola ſtabat. et
omnes alij ⁊ alie fugierunt corde vel cor-
pore. igitur ipſa ſola domino cõmunica-
uit in paſſione. fide ⁊ cõpaſſione. Itẽ vi
det̃ ꝙ cõicatio paſſiõis nõ debeat poni ꝓ
priuilegio. Omne enĩ priuilegiũ aliqđ de
bet importare cõmodũ illi cuius ẽ priuile
giũ. iſtud aũt nõ videt̃ ĩportare ꝯmodũ ſꝫ
tormentũ. Itẽ liberatõ a pena eſt ſignũ et
effectus dilectionis. ergo infligere penã
nõ eſt ſignũ dilectionis. igit̃ nõ eſt priuile
giũ. Contra Joh. xviij. Calicẽ quẽ dedit
mihi pater non vis vt bibam illum. Item
xvi. Pater clarifica filiũ tuũ ⁊c. Itẽ Phil.
i. Quibus datũ eſt nõ ſolũ vt credatis in

ipſum. ſed vt patiamini pro ipſo. Itē He
bre. xij. flagellat deus filiuȝ quem libet quē
recepit. Item Iaco. i. Omne gaudium ex
iſtimate fratres cariſſimi cum in tribulati
ones incideritis. Item ibant apoſtoli gau
dentes a conſpectu conſilij quoniam di⸗
gni ⁊c̄. Ex his igitur patet et manifeſtum
eſt ꝙ cōmunicatio paſſionis eſt priuilegi
um. Item ꝙ in paſſione domini ſuſtinu⸗
erit beatiſſima virgo patet ꝑ Damaſ. qui
dicit. ꝙ dolores quos effugit pariens in
chriſti paſſione ſuſtinuit Luce. ij. Tuam
ipſius animā pertranſibit gladius. Item
Iſa. vltimo. Et anteꝗ̄ parturiret et pepit
⁊ anteꝗ̄ veniret partus eius pepit maſcu
lum. Ex hoc ſequitur ꝙ aliqn̄ pepit ſine ꝑ
turitione punitione ⁊ ſine dolore: Et poſt
modum ſequitur. Nunquid parturiet ter
ra vna die aut gentem omnem ſimul quia
parturiuit ⁊ peperit ſyon. ergo aliquando
peperit gentem ſimul ⁊ cum parturitione
⁊ dolore. igitur peperit filium ſuū primo⸗
genitum ſine dolore in ſua natiuitate. po
ſtea peperit totam genteȝ ſimul in filij paſ
ſione. vbi facta fuit ei in adiutorium ſimi⸗
le ſibi. vbi ipſa mater miſericordie patrem
miſericordiaꝝ in ſummo ope miſericordie
adiuuit. ⁊ vna ſecū omnes hoīes regene⸗
rauit. Et hec regeneratō cū ſummo dolo⸗
re vtriuſqȝ fuit. vn̄ glo. ibi poſita multo la⸗
bore in fide genuit. Ex his patet ꝙ pater
miſc̄diaꝝ ſoli matri miſc̄die opus ſumme
miſc̄die. i. paſſionē cōmunicauit.

Queritur circa
hoc ſicut dn̄s ſimul in paſſio⸗
ne ſimul habuit gaudiū ſum⸗
mū ⁊ ſummū dolorē. vtrū beatiſſima vir⸗
go ſimul habuerit vtrunqȝ. Et videtur ꝙ
ſic. in ipſo eīn̄ fuit vtrunqȝ. ſi igit̄ cōmuni
caſſet matri alterum eorum tm̄ non fuiſſet
equū conſortium. Item dolor nō eſt meri
torius ſine dilectione. Apoſtolus prima
Cor. xiij. Si tradidero corpus meū ita
vt ardeam caritatem auteȝ nō habuero ni
hil mihi prodeſt. Sed impoſſibile eſt dile
ctionem eſſe ſine delectatōne. igit̄ inſimul
habere potuit ſummū dolorē cuȝ ſumma
delectatione. igit̄ in ſummo ſummū dolo
re habere potuit cuȝ ſumma delectatione.
Itē ꝙ ibi fuerit ſummus dolor ꝓbat̄. Om
nis dolor eſt ex amore. Amor autē eſt tri⸗
plex. naturalis. acquiſitus. gratuitus. Na
turalis in ſummo fuit ibi. qr quāto natura
nobilior tāto nobiliores habet affectioneſ
⁊ oꝑationes. ſed ipſa ſumme habuit natu
rā nobilē. igit̄ ſumme nobilē amorē natu⸗
ralē. Itē acquiſitus fuit ibi in ſummo. oēs
eīn̄ cauſe accidētales que inducūt matreȝ
ad diligendū filiū ſuū hic fuerūt in ſum⸗
mo. nunꝗ̄ eīn̄ filius matrē ſuā tantū dile
xit vel tantū honorauit vel tantū dedit vł
ꝑ ipſa ſuſtinuit. ⁊ ſic de ſingulis accidenta
libus cauſis dilectionis. igitur amor acq̄⸗
ſitus ibi in ſummo fuit. Item gratuitꝰ ibi
in ſummo fuit. quia nunꝗ̄ alia mater vel
alia creatura tantā caritateȝ habuit vt ſu⸗
pra patuit. Et ſic beatiſſima virgo ad fili
um ſuū in ſummo habuit amorē naturalē
acquiſitū ⁊ gratuituȝ. igit̄ ſi iſte triplex ha
bitus amoris ſimul in ſummo ſimul elici
at vnū motū amoris in ſummo illa erit di
lectio intenſiſſima. ⁊ dolor illi reſpondenſ
erit dolor in ſummo. Sed tam naturalis
ꝗ̄ acquiſita ꝗ̄ gratuita dilectio reſpectu
nullius ita eſt intēſa ſicut eſt reſpectu vite
dilecti. igit̄ naturalis acquiſitus infuſus
ſiue gratuitus amor in ſummo diligit vi⸗
tam in dilecto ergo de morte dilecti dolet
in ſummo. igitur cum beata virgo reſpectu
filij ſui habuerit omniphariam dilectōem
in ſummo. conſtat de morte ipſius ꝙ ha⸗
buit omnipharijū dolorē in ſummo. Item
ꝙ ibi fuerit gaudiū ſiue delectatō in ſum⸗
mo ꝓbatur. Dilectus gaudet de bono di
lecti ⁊ magis gaudet de maiori bono igit̄
de ſummo bono dilecti ī ſummo gaudet.
Sed caritas ē dilectō dei ⁊ ꝓximi. ⁊ ī ſum
mo caritas ꝑfecta gaudet ī ſūmo. Sȝ ſum
mus honor dei ⁊ ꝓximi ſūma vtilitas fuit
ī paſſione ⁊ ꝑ paſſionē in ſummo. Et bea
tiſſima virgo habuit tunc caritatē in ſum⸗
mo. igit̄ tunc gaudebat in ſummo. igit̄ ſi⸗
mul habuit gaudiū ⁊ dolorē in ſūmo. Itē
ex dilectione eſt compaſſio. igit̄ vbi impro
porciōabilis ē dilectio ibi imꝓporcionabi
lis ē cōpaſſio. ergo vbi videtur dilectio in
ſummo ibi et compaſſio in ſummo. Item
maius eſt gaudium angeloꝝ quod habēt
de vnius pctōris cōuerſione ꝗ̄ aliqđ gau
diū huius vite. igitur ex equali caritate vł
maiori imꝓporcionabiliter erit magꝭ gau
diū. Itē angeli de paſſione dn̄i habuerūt
delectatōem ⁊ nō cōpaſſioneȝ. aliqui mali
compaſſionē ⁊ non delectatōem. igit̄ ipſa
debuit habere vtrūqȝ. Iteȝ btīſſima virgo

cõmunicauit recreatõni. ſed recreatio eſt ꝑ
paſſionem. igitur ⁊ paſſio fuit ei cõmuni-
cata. Itẽ Bern. Longe eam plus ꝙ̃ mar
tirem credamus ⁊c̃. Contra hoc obijci
tur in hunc modũ. Sũmus dolor ⁊ ſum-
mũ gaudiũ opponunt᷑. igit᷑ nõ ſunt ſimul
in eodẽ. Si dicatur ꝙ dolor de morte fi-
lij ⁊ gaudiũ de ſalute generis humani nõ
opponunt᷑. Tunc adhuc obijcit᷑ ꝙ motuſ
maiores impediunt minores. igit᷑ videtur
impoſſibile ꝙ aĩa tota qñ abſorbet᷑ dolore
ꝙ tunc in ſummo tripudiet ⁊ exultet in a-
more ⁊ delectatione. Itẽ in dolore aĩa cõ
uertit᷑ ſuꝑ malũ inquantũ malũ. i gaudio
ſuꝑ bonũ inquantũ bonũ. ſed impoſſibile
eſt ſimul aĩam cõuerti ſuꝑ diuerſa tãꝙ̃ ter
minos. igit᷑ impoſſibile eſt aĩam ſimł gau
dere ⁊ dolere. Itẽ impoſſibile eſt animã ſi
mul moueri diuerſis motibus. igit᷑ impoſ
ſibile eſt eã ſimul gaudere ⁊ dolere.

Oſtquã proba

tũ eſt ꝙ beatiſſima virgo ſum
mũ gaudiũ habuit ĩ paſſiõe fi
lij. Querit᷑ de compatiõe huiõi gaudij qd̾
habuit ſcilicet in paſſione ad alia gaudia
quando ſcꝫ habuerit maximũ gaudiũ. Et
videtur ꝙ in filij ſui conceptione hac rati
one. Ex bono eſt gaudium Job. iij. Qua
ſi effodientes theſauruꝫ gaudebant vehe
menter cum inuenerint ſepulcrum igit᷑ cũ
ſummo dono gaudiũ ſummũ. Sed in cõ
ceptione accepit ſummũ donũ dum ei fi-
lium ſuum dedit. quomodo nõ cuꝫ illo ei
omnia bona donauit. igitur tunc ſummũ
gaudium habuit Itẽ tunc tantũ legitur le
giſſe ⁊ cantaſſe canticũ exultationis Lu-
ce. ij. Magnificat anima mea dñm. igitur
tunc maxime videt᷑ gauiſa fuiſſe. Iteꝫ ab-
latio ve eſt cauſa leticie. ſed tunc vt dictuꝫ
eſt ſupra ablatũ eſt ei ⁊ fugit omne ve. igit᷑
tunc ſummã habuit cauſam leticie. Item
nouitas eſt cauſa leticie. iuxta illud Luc̃.
xv. Fili tu ſemꝑ mecum es. Epulari auteꝫ
⁊ gaudere oportebat. igit᷑ videt᷑ a ſimili ꝙ
beatiſſima virgo in nouitate maximũ effe
ctũ gaudij habuerit. Itẽ cuꝫ ſummo incõ
uertibili dono accepit cauſaꝫ ⁊ meritũ ad
omnia alia dona neceſſario conſequenda
igit᷑ tunc ſummã habuit cauſaꝫ gaudij. igi
tur ſummũ effectũ gaudij.

Conuerſo autẽ videt᷑ ꝙ in natiui
tate filij ſummũ gaudiũ habuerit
ex hac ratione. plenior ⁊ ꝑfectior ẽ genera
tio vel natiuitas ex vtero ꝙ̃ ĩ vtero. Si igi
tur natiuitas ⁊ generatõ erit cauſa gaudii
ꝑfectioris ⁊ plenioris gaudij. ⁊ perfectior
⁊ plenior eſt generatio ex vtero ꝙ̃ in vtero
igitur perfectius ⁊ plenius ⁊ maiꝰ fuit gau
dium in natiuitate ꝙ̃ in conceptione. Itẽ
illa die dixit angelus Luce. ij. Annuncio
vobis gaudium magnuꝫ. quia natus ẽ vo
bis hodie ſaluator. Si igitur natiuitas
dñi eſt cauſa gaudij. igit᷑ ille qui habet im
ꝓporcionabiliter ꝓpinquiorem compatio
nem ad ſaluatorẽ ꝙ̃ omẽs alij. habebit im
ꝓporcionabiliter maioreꝫ cauſam gaudij.
hec aũt eſt mater ſaluatoris. igitur illa die
habuit ſũmũ gaudiũ. Itẽ Joh. xiiii. Mu
lier cum parit triſticiam habet. quia venit
hora eius. cum autem peperit pueꝝ iã nõ
igit᷑ ⁊c̃. Itẽ Joh. Luc̃. i. Et multi in nati-
uitate eius gaudebunt ⁊c̃. igit᷑ magis gau
diũ videt᷑ ꝑtinere ad natiuitateꝫ ꝙ̃ ad con
ceptionẽ. Itẽ in conceptione ipſam dele-
ctatiõem tantũ habuit viſu intellectuali. in
natiuitate vero intellectuali et ſenſuali igi
tur tunc eñ reficiebatur intellectus. nunc
autẽ intellectus ⁊ ſenſus. igit᷑ fuit tunc tm̃
gaudiũ. nunc autẽ exultatio ⁊ leticia. igit᷑
maius gaudiũ. Itẽ ſimiliꝰ fuit gaudio pa
trie. vbi oculus corꝑis reficiet᷑ dñi hũani-
tate. ⁊ oculus cordis ĩ eius diuinitate. ſed
meliori ⁊ honorabiliori ſimiliꝰ eſt meliꝰ et
honorabilius. igitur nobilius fuit gaudiũ
natiuitatis ꝙ̃ conceptionis. Itẽ bonũ ad
ditũ bono magis facit ipſum eſſe bonum
igit᷑ magis dilectũ maiorẽ dilectõꝫ. ſed cõ
ceptio eſt bonũ. partus eſt bonũ. ergo bo-
nũ duplicatũ duplicat delectatiõem. igit᷑
gaudiũ quod fuit in conceptione dupli-
catũ fuit in natiuitate. Item prius gaude
bat ſe virginem concepiſſe. nunc vero vir-
ginẽ pepiſſe ⁊ virginẽ lactare. igit᷑ mõ ha-
buit maximũ gaudium.

Onſequenter

videtur ꝙ maius habuit gau
dium in filii paſſione. quia vt
dictum eſt ſupra ipſa nunꝙ̃ gauiſa fuit tã
tũ de aliquo quantũ de honore dei ⁊ ſalu
te proximi. ſed vtrunꝙ̃ fuit in paſſiõe ĩ ſum-
mo. igit᷑ tũc habuit gaudiũ ĩ ſummo. Iteꝫ
caritas gaudet d̾ bono dilecti Triplex au
tẽ ẽ bonũ. honeſtũ. vtile ⁊ delectabile. qd̾li
bet iſtoꝝ in beatiſſima virgine in paſſione

reſpectu filij ſui fuit in ſummo. Unde ipē appellat paſſionē ſuam claritatē Joh. xvij Clarifica me pater. ꝓpter honorē quē ſummū habuit ꝑ paſſionem. ꝓpter quam de=us illū exaltauit et dedit illi nomen quod eſt ſuꝑ omne nomen ⁊c. Appellat etiā eā3 cibum et potum ꝓpter delectatōem quā in ſummo effectu tunc habuit. Nunq̄3 eñ in aliquo creato tantu3 delectatus fuit quantum in redemptione generis humani per paſſionem. Appellat etiam eā donum dicens. Calicē que3 dedit mihi pater. ꝓpter ſuū lucrum quod mediante paſſione acq̄=ſiuit ꝑ quā omnia ad ſe traxit. Sic igitur quodlibet genus boni dilecti in paſſione fuit in ſummo. igitur ⁊ in diligente tūc fuit delectatio in ſummo. Item motiuū affectus ⁊ generatiuū delectationis nō eſt niſi bonū. Bonum autem aliud creatu3. ali=ud increatū. igit̄ ſi vtrunq̄3 in ſummo mouebat affectū recte diſpoſitu3 mouebat in ſummo. Bonū autē increatū ſemꝑ in ſummo eſt in ſe. ſed non ſemꝑ in ſummo ī oſtēſione ⁊ exhibitione ipſo atteſtante qui ait Joh. xiiij. Maiorem caritatem nemo ha=bet vt animā ⁊c. Item ſummus effect⁹ bo=ni eſt redēptio generis humani. igit̄ ſum=mū increatum et ſummū creatum bonu3 in paſſione ſimul mouebant affectum be=atiſſime virginis optime diſpoſitum. igi=tur tunc ſummu3 habuit gaudium. Item in conceptione fuit mater dei ⁊ hominis ī vtero. in natiuitate fuit mater dei et hominis ex vtero. in paſſione autē eſt mater dei et hominis redemptoris. vnde que prius fuit mater creatoris modo eſt mater redē=ptoris ſiue recreatoris. igitur duplicatū ē donū ⁊ bonum. igitur gaudium. Item in conceptione et natiuitate fuit effecta ma=ter tm̄ vnius dei et hominis. in paſſiōe fuit facta mater omniū hominū. igitur tunc multiplicatu3 ⁊ maius gaudium habuit. Item finis melior eſt ⁊ nobilior his q̄ ſunt ad finem. igitur quod fini ꝓpinquius eſt melius eſt ⁊ nobilius. ſed conceptio eſt ꝓpter natiuitatē. natiuitas ꝓpter paſſione3 paſſio ꝓpter redemptione3. igit̄ paſſio fini ꝓpinquior. igit̄ melior. igit̄ maius delectamentū. igitur maius gaudium.

Quod autē in reſurrectōe filij maximū gau=diū habuit videt̄. qm̄ effectus dilectionis eſt flere cu3 flentibus gaudere cū gaudētibus. iuxta illud Joh. xiiij. Si diligeretis me gauderetis ⁊c. Sed dn̄s ſūmū gaudium habuit in reſurrectione quoniam gaudebat anima ⁊ cu3 corpore ⁊ diuinitate. igitur dn̄a noſtra i ſummo debuit tunc gaudere. Itē dicit ap̄ſus ꝙ mortuus eſt ꝓpter delicta noſtra ⁊ reſurrexit propter iuſticiā. igitur etiam ex parte noſtri reſurrectio ꝓpinquior fuit fini. igitur maior cauſa gaudij. Itē eccleſia tunc ſpecialiter vtit̄ hac exultatione. hec eſt dies quā fecit dn̄s. Ite3 in illo feſto plus cantat̄ alleluia q̄3 in alio feſto. igit̄ videt̄ ꝙ cantus illius feſti ſit maxime cauſa gaudij. Ite3 reſurrectio xp̄i eſt cauſa et exemplar illius vite in qua eſt ſumma exultatio. igit̄ illud feſtum ꝓpinquiſſimū eſt ſummo gaudio. igit̄ tūc debet eſſe ſummū in hac vita gaudiū. Itē beatiſſima virgo plus dilexit filium q̄3 to=tum mundū. igitur plus gauiſa fuit de bono filij q̄3 de bono totius mundi. ſed bonū mundi pena chriſti fuit in paſſione. bonū chriſti liberatio fuit ab omni pena in reſurrectione. igitur plus gauiſa fuit de reſur=rectione q̄3 de paſſione.

Videt̄ autem ꝙ maximū in chriſti aſcenſione habuerit gaudiū. Tūc eñ filius primo dicit̄ habuiſſe gaudium ⁊ feſtum ꝑfectum. Tunc eñ primo ī reportatione ouis in humeris ſuis conuocat amicos ſuos dicens. Congratulami=ni mihi omnes. Itē tunc primo pater fi=lio ſuo prodigo fecit feſtū cum amicis ſu=is Luc. xv. Itē tunc primo redijt de exilio in palaciū. Itē tunc primo ianua celi ap=ta eſt ⁊ homo introductus. Itē tūc primo redemptio completa eſt ⁊ ruina iā in parte reſtaurata. Item primo maximus ho=nor filio et matri exhibitus eſt. quando caro ſua ſuper choros angelorum exaltata ē Item tunc primo quantum ad manifeſtationē datū eſt ei nomen quod eſt ſuꝑ om=ne nomē. Cū igit̄ in aſcēſione fuerit ꝯple=tiſſimus effectus boni ⁊ ꝓpinquiſſim⁹ fini videt̄ ꝙ tunc maximū habuerit gaudium beatiſſima virgo maria.

Adhuc aute3 videtur maius his omnibus hoc ꝙ habuerit maximū gaudiū in ipſius aſſumptōe Tūc eñ ꝑfecte habuit gaudiu3 fruitōis ante aūt nō. Itē illud gaudiū nulla ſecū patit̄ triſticiā vel penā ſicut omnia

pꝛedicta. igitur videtur maius om̄ibus il
lis. Itē illud ſcd̄m ſtatum patrie. alia ſcd̄z
ſtatum vie. Canimus autē in hieruſalem
eſt igniculus eius in ſyon Iſa. xxxi. Item
maius eſt eſſe beatum q̄z eſſe matrē dei. ſi
alterum ſepararetur ab altero. igitur beatiſſi
ma virgo maius accepit in ſua aſſumptio
ne gaudium q̄z in filij natiuitate. igiꝭ ma
ius tunc habuit gaudiū q̄z ante. Con-
tra hec omnia. Et pꝛimo de gaudio con-
ceptionis obijcitur in hunc modum. quo
dato datur reliquū ⁊ non conuertitur ma
ius eſt illo. Sz dato quo ſit mater dei da-
tur beatitudo fruitionis ⁊ non econtra igi
tur gaudium conceptionis maius ē gau-
dio fruitionis. igitur maius omnibꝰ alijs
quia quicquid maius maiore etiaz maius
eſt minoꝛe igitur ⁊c.

D hec ſoluēdo dicimus. ꝙ hoc
pꝛiuilegium quod diciꝭ cōmu-
nicatio paſſiōis duo impoꝛtat.
fidem crucifixi dei ⁊ hominis ⁊
ꝑ ſe paſſionē ex compaſſione patiētis. Et
fuit quadruplex diuerſitas reſpectu paſſi
onis dominice Quidā nec habebant fidē
nec compaſſionē. ſicut infideles deo inſul
tantes. blaſphemantes et illudentes et de
mones. Quidam compaſſionē ſed non fi
dem. vt apoſtoli ⁊ mulieres ille quibus di
ctū eſt. Filie hieruſalē nolite flere ſuper me
ſed ſuper vos. Quidā fidei cognitōem ſed
non compaſſionē. vt angeli et alij extra ſta
tum vie poſiti. et latro qui fidē habuit ſed
nō compaſſionē ꝑ ſe. ⁊ hoc quia circūdatꝰ
fuit ꝓpꝛia moꝛtis paſſione. Sola beatiſſi
ma virgo tunc fidē habuit ⁊ compaſſionē
crucifixi dei ⁊ homīs. ⁊ ꝑ ſe paſſionē ex cō
paſſione patientis. Et ſola fuit cui datuz
eſt pꝛiuilegiuz cōmunicatio paſſionis. cui
filius vt dare poſſit pꝛemiū voluit cōmu-
nicare paſſionis meritū. ⁊ vt ipſam parti-
cipē faceret beneficij redemptiōis partici-
pem eſſe voluit et pene paſſionis quatenꝰ
ſicut fuit adiutrix redemptōis ꝑ compaſſi
onem ita mater fieret omniū ꝑ recreatiōeꝫ
Et ſicut totus mundus obligaꝭ deo ꝑ ſu-
am paſſionē ita ⁊ domine oīm ꝑ compaſ-
ſionē. Contra hec obiecta ꝑ obiecta in cō-
trariū ſunt ſoluta. Concedimus etiā ꝙ ſi-
cut dn̄s omniū ſummū habuit gaudiuz ſi
mul ⁊ ſummū doloꝛē. ſic etiā dn̄a noſtra ſi
mul ipſa habuit cōpaſſionē ſummā ⁊ ſum
mā congratulationeꝫ cōpaſſione exiſtente

in natura ſimul ⁊ in ratione vt natura. cō-
gratulatione autē in ratione vt ratōne. Et
intelligantꝭ hec verba ſicut in materia do-
minice paſſionis. Vel dicaꝭ ꝙ ſummū tri
ſtabile in tali genere eſt dupliciter accipꝭ.
Vno modo vt ſumme contrariū appeti-
tui ⁊ ſic ſummū infert doloꝛē. Alio modo
pꝛout eſt via et mediū ad ſummū delecta
bile. et ſic infert ſummū gaudiū. Et ſic ani
ma beatiſſima virginis appꝛehendit moꝛ
tē filij ſui vt ſumme contrariū appetitui.
⁊ ſic ſummū ei intulit doloꝛē ⁊ vt medium
in redemptionē humani generis. ⁊ ſic cau
ſauit in ea ſummā delectationē. et poſſent
hec ſimul eſſe. quia vnū materia eſt ad al-
terū. Vel ſcd̄m aliū modū via ad alteruz
eſt mediū in ipſum. Qd̄ autē obijcitur de
compatione gaudioꝝ ſi reſpondemus ꝙ
ſi fiat compatio ſcd̄m ꝙ poſterius inclu-
dit in ſe pꝛius. ſic nulla ē queſtio. vt ſi que
ratur. an vnuz eſt plura q̄z duo. et duo q̄z
tria ⁊ ſic de alijs. natiuitas em̄ includit in
ſe conceptionē. paſſio natiuitatē ⁊ ſic dē a-
lijs. ⁊ ſic oꝛdinanꝭ ad ſeinuicē ſcd̄m ſuper
additionē. Et ſic magnū fuit gaudiū con
ceptionis. maius natiuitatis ⁊ adhuc ma
ius paſſionis. ⁊ ſic vlterius. Si auteꝫ fuit
compatio ꝑ oppoſitionē ⁊ ſepationē ita ꝙ
poſterius accipiaꝭ ꝑ ſe ſine intellectu pꝛio
ris. Et ſi ſic comparenꝭ ſic dico ꝙ gaudiū
quod habuit in conceptōe maius fuit om
nibus gaudijs vite ⁊ vie. quia tūc accepit
maius bonū ⁊ certitudinē omniū alioꝛuz
ſuo tēpoꝛe conferendoꝛū. Et differūt gau
dia vie et vite hoc modo. Gaudiū em̄ ni-
hil aliud eſt q̄z delectatio ī bono vel de bo
no. Eſt autē bonū ſui ⁊ bonū ꝓximi in cō-
ceptione et natiuitate ⁊ in paſſione dn̄i. in
reſurrectione autē bonuz dei ⁊ aſcenſione.
Et ſic poſſet poni gaudiū paſſionis ſum-
mū qd̄ habuit ꝓ bono ꝓximi. ſimiliter au-
tē gaudiū conceptionis ſummū fuit quod
alia omnia cauſaliter clauſit in ſe. Gaudi
um autē in conceptiōe ⁊ gaudiū in aſſum
ptione ſe habent vt excedentia et exceſſa.
gaudiū conceptionis maius fuit cauſali-
ter. gaudiū aſſumptōnis actualiter. In cō
ceptione maioꝛ fuit bonitatis oſtēſio. ma-
ioꝛis doni collatio maioꝛ dilectionis exhi
bitio ⁊ hec omnia cauſaliter. In aſſumpti
one maioꝛ doni collatō. maioꝛ effectus ex
altatio ⁊ deificatio. maioꝛ tamē dilectio ⁊
cōiunctio. ⁊ hec actualiter. Et poſſet poni

ſimile de iſtorum gaudiorum compatiōe.
vt ſi aliquis haberet pignus ꝓ centū mar
cis impignoratū ⁊ obligatū. ⁊ aliquis da
ret ei nonaginta marcas ad ipſius pigno
ris ſolutionem faciens ipſi pignorāti cau
tionem ꝙ temporibus determinatis da=
bit ſibi alias decem marcas. ita ꝙ quoli=
bet tempore duas. Modo ſecunda datio
propinquiꝯ ⁊ plus diſponebat ad pigno=
ris ſolutionem q̄ȝ prima. et tercia plus q̄ȝ
ſecunda. ⁊ ſic vſqȝ ad quintā que pignus
ſoluit. ⁊ tamen prima datio plus aliȷ̄s cō
tulit. ⁊ hoc dupliciter. quia maius donuȝ
dedit. ⁊ quia de illis dandis ſecurum fe=
cit. Similiter in ꝓpoſito quando dn̄s be
atiſſime virgini vt mater dei fieret in vte=
ro tribuit tunc ꝙ de ipſa virgine naſceret̄
⁊ paſſione ſua humanū genus redimeret
⁊ tercia die reſurgeret. in celum aſcēderet.
ipſam in ſummā fruitōem corꝑe ⁊ aīa aſ=
ſumeret ſecurauit.

Ltimo queri

tur đ illo priuilegio quod eſt
ſuꝑ omnē creaturam in quar
ta hierarchia exaltata. Et videtur ꝙ bea=
tiſſima virgo vltra terciaȝ hierarchiam in
quartam non ſit exaltata. Primo quia in
ꝑabola vbi legit̄ de reꝑatione generis hu
mani dicit̄ ꝙ dragma decima eſt inuen=
ta que fuerat perdita. igit̄ videtur ꝙ tm̄ i
illud fuerit reſtitutō ex quo facta fuit per
ditio. Sed tm̄ ex hierarchiȷ̄s tribꝯ fuit ca=
ſus ⁊ ꝑditio. igitur tm̄ in illis fuit reddita
reſtauratio. Item dicit̄ Judith in figura
dn̄e noſtre. Subueniſti ruine in cōſpectu
dn̄i. Sed ruina fuit ſolū in illis tribꝯ hie=
rarchiȷ̄s. igitur reſtitutō erit tm̄ in illis tri
bus. Item alia parabola. qui habet centū
oues. Glo. Deus eſt paſtor cuius nos cē
teſima ouis. Sed centeſima eſt de nume
ro aliarum. xcix. conſortio. igitur hoc perti
net ad aliquem ordinem angelorū. Item
hierarchia humana eſt ſub angelica. ergo
ſupremus chorus de humana eſt ſub infi
mo de angelica. igitur nullus homo ē ſu=
per choros angelorꝝ. Ad idem facit quod
ipſe deus in ſe in paſſione ꝑmiſit vt Luc̄.
dicit ꝙ angelus aſtitit de celo cōfortās eū
ꝑ quod vt dyoniſius dicit cōſtat naturaȝ
humanā nature angelice naturaliter eſſe
ſubiectā. Sed ſicut ſimpliciter ad ſimpli
citer ita ſummū ad ſummū. igit̄ ſi angelus
ſuꝑ hominē ⁊ ſuꝑmus ſuꝑ ſupremū hoīeȝ
igitur nullus hō ſuꝑ omnes angelos. Itē
Gen̄. Requieuit dn̄s ab omni oꝑe qđ pa
trarat. ſed tunc nō fuit quarta hierarchia.
igitur nec mō. Itē cātat eccleſia. Gaudēt
chori angelorꝝ cōſortes ⁊ cōciues tui. ſi cō
ciues ⁊ cōſortes. igitur in eadē hierarchia
Iteȝ in prima hierarchia ſupremus ordo
eſt ſacer principatus Sed princeps in ea
dē ciuitate ⁊ regno cū ſubditis eſt. igit̄ re=
gina angelorꝝ in eadē manſione cuȝ ange
lis eſt. Itē Aug. Minime dubitet̄ raptaȝ
hominis a carnis ſenſibus menteȝ et poſt
morteȝ ipſa carne depurata deuȝ videre ſi
cut vident angeli. Et vult ꝙ inferioris g̃=
dus eſt cognitio hominis q̄ȝ angeli. Sȝ
penes illam cognitionem eſt ordo. igitur
homo eſt inferioris ordinis q̄ȝ angelꝯ. igi
tur ſupremꝯ eſt ſub ſupremo angelo. Iteȝ
hierarchia angelica deſcendit per exem=
plaritatem a diuina. ſed in diuina tantū
tres hierarchie. igitur nec erit quarta. Itē
filius eſt diuina in hierarchia. igitur ſi be
atiſſima virgo non eſt in angelica hierar=
chia ſola erit in vna. ſed vbi tantū vnū vel
vna ibi non eſt ordo. ⁊ vbi non ē ordo. ibi
nō eſt hierarchia. igitur nō poteſt ſola ha
bere hierarchiam vnā. Iteȝ Dyoniſius di
cit. In qualibet hierarchia ſunt ꝑma me=
dia ⁊ infima. igitur ipſa non erit ī vna hie
rarchia. Item ipſa eſt mediuȝ inter alias
creaturas ⁊ deum. ſed medium nō habet
medium ⁊ vltimū. igitur nō facit hierar=
chiā per ſe. Contra Hieronimus ⁊ om
nes ſancti ⁊ ipſa vniuerſalis eccleſia can=
tat ſolenniter ꝙ ipſa eſt exaltata ſuper cho
ros angelorum. inde ſic. Omnes chori an
gelorum ſunt de aliqua hierarchia. ſed ip
ſa exaltata eſt ſuper choros angeloruȝ. igi
tur ipſa eſt ſuper omnes hierarchias an=
geloruȝ. vel directe quicquid eſt in aliqua
hierarchia eſt in aliquo choro. igit̄ quod
non eſt in aliquo choro non eſt in aliqua
hierarchia. ergo quicquid eſt ſuꝑ omnes
choros nō eſt in aliqua hierarchia. Item
plus diſtat beatiſſima virgo a ſeraphin ī
dignitate ⁊ gloria q̄ȝ ſeraphin ſuꝑ cheru=
bin. ſed ꝓpter excellentiā dignitatis ordi=
natur ſeraphin ſuꝑ cherubin vno ordine
igitur beatiſſima virgo erit ſuꝑ ſeraphin
ad minus vno ordine. igit̄ ſuꝑ hierarchiā
angelorū. Itē imꝓporcionabiliter differt
magis domina a ſeruo q̄ȝ ſeruꝯ a ſeruo. ſed

ſeraphin ſic ſe habet ad cherubin vt ſeruꝰ
ad ſeruū. domina autē ad ſeraphin vt re-
gina ſua ⁊ omniū angeloꝝ. igiť imꝑporci
onabiliter plus eſt ipſa ſuꝑ ſeraphin ꝙ̄ ſe
raphin ſuꝑ cherubin. igitur in alio ordi-
ne ſuꝑ ipſum. Sed ſeraphin eſt ſupremꝰ
ordo angelorū igitur ipſa eſt ſuꝑ oīs hie
rarchias angeloꝝ. Jtez rex ⁊ regina ab ea
dem denominanť dignitate ⁊ regno ⁊ pri
cipatu. ab eodem eñ regno diciť rex fran
cie ⁊ regina francie. ergo ab eodem regno
dicitur rex celorum ⁊ regina celorū. Sed
ſua dignitas regalis eſt ſuper omnes di-
gnitates angelorum ⁊ principatus. ergo
dignitas regine celorum eſt ſuper omnes
choros ⁊ hierarchias angeloꝝ. Jtem ter-
cio libro Regū. iij. Poſitus ē thronꝰ ma-
tris regis iuxta thronuz regis. ſed conſtat
ꝙ thronus regis imꝑporcionabiliter ē ſu
per omnes thronos angeloruz. igiť thro-
nus matris regis. Jtē ipſa habet regnū ꝑ
filiū. ⁊ dicitur regina a regno filij. ſed il-
lud eſt increatū ⁊ eternuz. igitur ipſa eſt re
gina a regno eterno. Jtem homines alij
poſſunt venire ad ſeraphin. nullus autem
ad dignitatem ⁊ ſtatum beatiſſime virgi
nis. eſt igitur ſuꝑ ſeraphin. Jtem ſtatꝰ glo
rie eſt eleuatus ſuꝑ ſtatum innocentie in
corporibus. igitur ⁊ in aīabus. ſed ſi ho-
mo ſtetiſſet aliquis aſſumptꝰ fuiſſet ad ſe-
raphin. igitur aliquis modo debet eleua
ri ſuꝑ ipſos. Ad idē ſunt auctes ſanctorū
Aug. Sed de te o virgo maria quid di-
cā pauꝑ ingenio cū quicquid dixero mi-
nor laus eſt ꝙ̄ tua dignitaſ mereatur. Si
celum appellem tu altior es. Si matrem
gentium dicaz excellis. Si formā dei ap
pellem digna exiſtis. Si dominā ange-
loꝝ vocē eſſe ꝑ omnia ꝓbaris. Si igiť do
mina angeloꝝ. igitur eſt ſuꝑ omnes ange
los. Jtē Hiero. Hec eſt dies p̄clara i qua
meruit exaltari ſuper choros angelorum.
⁊ peruenire vltra ꝙ̄ noſtre humanitati li
citum ſit nature. vbi nō ſubſtantia tollitur
ſed glorie magnitudo demonſtratur. vbi
xp̄s p̄introiuit pro nobis pontifex ineter
nū ad celuz. igitur exaltata vltra ꝙ̄ huma
ne nature ſit licitū ſcz vbi chriſtus intro-
iuit. igitur ſuꝑ omnes hierarchias ange-
loꝝ. Jtē Hiero. Hec inquā dies i qua vſ-
ꝙ ad throni celſitudinē intemerata virgo
⁊ mater proceſſit. atꝙ in regni ſoliuz ſub-
limata poſt chriſtuz glorioſa reſedit. Sic

itaꝙ illi ſancta eccleſia canit. quod ꝺ nul
lo alioꝝ phas ē credere vt angelorū vel ar
changeloꝝ merita trāſcenderet. qꝛ ⁊ ſi ſi-
militudo multis ſanctis repromittiť veri
tas negať. Et infra. Beatiſſima itaꝙ non
temere ſuper choros angelorum exaltata
deuotiſſime p̄dicatur hodie. qꝛ p̄ceſſit eaz
dn̄s ⁊ ſaluator noſter ad celeſtia vt prepa
raret ei in ethereis māſionibus locuz. Ex
his patet qualiter beatiſſima virgo ſuꝑ or
dines ⁊ hierarchias angeloꝝ in quartā ⁊
nonam hierarchiam cum filio ſpecialiter
eſt exaltata. Jtem Hiero. ad idem. Credi
mus eñ ꝙ ſaluator omniū ꝑ ſe quantum
datur intelligi feſtinus totus occurrit. et
cū gaudio eā ſecū in throno glorie collo-
cauit. Alias quō impleuiſſe crediť quod i
lege ipſe p̄cepit. Honora inquit patrem ⁊
matrē tuā. Ex hoc etiam patet ꝙ ipſaz eti
am in throno ſuo ſecuz collocauerit. Vn̄
Aug. Thronus glorie regni tibi collocať
in aula regis. teꝙ ipſe rex glorie vt matrē
veram ⁊ decoram ſponſam pre omnibus
diligens amoris amplexus aſſociauit ſi-
bi. Ex hac auctoritate quatuor ſequuntur
concluſiones. Prima ꝙ ſi poſitus ē regis
thronus. igitur idem thronus ſuus ⁊ re-
gis dicitur. igitur ſuper omnes thronos.
Secunda ſi mater regis. igitur iuxta re-
gem. Tercia ſi ſponſa regis ergo iuxta re-
gem. Quarta ſi ipſam imꝑporcionabiliter
plus omnibus alijs creaturis diligit igiť
imꝑporcionabiliter plus p̄ omnibus col
locauit. Jtē ſicut in corꝑalibus nihil ē va
cuum ita in ſpiritualibus nihil eſt vacuū.
Sed inter creaturam ⁊ deum mediū eſt eſ
ſe creaturā deo vnitam. ſimiliter inter eſſe
puram creaturam ⁊ eſſe creaturā deo vni
tam medium eſt eſſe creaturam de qua ſu
mitur vel naſcitur illꝺ quod vnitur. ⁊ hoc
eſt beata virgo. igitur ipſa eſt mediū inter
creaturas ⁊ filiū. igitur ei debetur mediuſ
ſtatus. Jte vna eſt maieſtas regni celorū
a quo deus trinitas ē rex ⁊ ipſa regina vo
catur. igitur ſua dignitas eſt ſuper omnē
creaturam. Jtē p̄s. a ſummo celo egreſſio
eius. Glo. i. e celo trinitatis. Et infertur.
Et occurſus eius vſꝙ ad ſummū eiꝰ. hoc
eſt ad idem celum. ſed ipſa ē a dextris filij
igitur in celo trinitatis. igitur ſuꝑ celum
angelorum. Jtem Marci vlti. Dn̄s ꝗdez
ieſus poſtꝙ̄ locutus ē eis aſcēdit ad celū
ſedet ad dexterā dei. dicit glo. i potioribꝰ

boniſ patriſ. Sed regina ſtat a dextris fi
lij. Gloſemus ſimiliter. igiť ip̄a eſt in po
tioribus bonoꝝ potioꝝ bonis. igiť ip̄a eſt
ī potiſſimis bonoꝝ bonis regni celoꝝ. igi
tur ipſa cū̄ filio eſt ſup̱ omnes qui ſunt ī re
gno celoꝝ vel vnq̄ꝫ ſunt futuri.

Vxta hec que
ritur vt dicit Dyoniſius. ꝙ ꝓ
prietates inferioꝝ habent ſu⸗
ꝑiores cuꝫ excellentia. ⁊ beatiſſima virgo
ſit ſuper omnes ordines angelorum. vtrū̄
habeat om̄es ꝓprietates angeloꝝ omniū̄
Ad quod reſpondemus breuiter ꝙ ſic Et
videtur primo de ꝓprietatibꝰ cōibus que
omnibus conueniunt angelis. poſt de ꝓ⸗
prietatibus que ſingulis ordinibꝰ inſunt
ꝓprie. Prima igitur cōis ꝓprietas eſt nū̄
ciatio que conuenit omnibus a qua ⁊ om
nes angeli dicunť. Q̄d hec beatiſſime vir
gini ⁊ cuꝫ excellentia cōueniat patet. quia
omnes angeli nunciant ꝑ verba creata. ip
ſa autem ꝑ verbum increatū̄. Hanc igitur
ꝓprietatē ponit apoſtolus cuꝫ dicit. om⸗
nes ſunt ammiſtratorij ſpūs miſſi ī mini⸗
ſteriū̄. Etiā̄ aliaꝫ ponit Dyo. in celeſti hie
rarchia dicens Tribus modis diuidū̄tur
ſup̱ humanā̄ ratōem omnes diuini intel⸗
lectus. in eſſentiā̄. virtutē ⁊ oꝑatōem. Bea
tiſſima auteꝫ virgo immediate ſe habet ad
eſſe primū̄. igitur ſummū̄ habet. ſimiliť ad
ſuꝑius eſſe ſequitur ſuꝑioꝛ virtus ⁊ oꝑatō
igitur ipſa inter creaturas habet hec om⸗
nia tria in ſummo. Itē Dyo. in eadeꝫ hie⸗
rarchia. iij. ca. iuxta em̄ ſepe a nobis red⸗
ditā̄ ratiōem ipſe quidē ſuꝑfirmate diſpo
ſitiones abundanter habent minorum ſa
cras ꝓprietates. vltime vero maiorū̄ ſup⸗
poſitas vniuerſitates non habent. niſi ꝑti
culariter in eas poſt apparētibus illumi⸗
nationibus et ꝑ primas eis improporcio
nabiliter diſtributas. igitur cū̄ beatiſſima
virgo ſuꝑioꝛ ſit omnibus celeſtibus diſpo
ſitionibus ipſa habet ꝓprietates omniuꝫ
abundanter. Item vna eſt ꝓprietas ꝯmu
nis omnibus illa quaꝫ ponit Dyo. in plu
ribus locis. ſcꝫ purgatio illuminatio ꝑfe⸗
ctio. Sed has beatiſſima virgo in ſummo
habet vt patet in hac auctoritate. ipſa em̄
ea puritate nitebat qua ſub deo maioꝛ ne
quit intelligi. Sed ad maiorē purgatiōeꝫ
ſequitur maioꝛ illuminatio ⁊ ad maiorē il
luminatōeꝫ ſequitur maioꝛ ꝑfectio. igitur
in ea hec tria erant in ſummo. Iteꝫ Dan̄.
Milia miliū̄ miniſtrabant ei. ⁊ decies cē⸗
tena milia aſſiſtebant ei. Q̄d he due ꝓpri
etates ei ſimiliter cū̄ excellentia infuerint
ſic patet. Aug. in omeł. ſup̱ illud euange⸗
lij. Intrauit ieſus ī quoddā̄ caſtellū̄ ſic di
cit. Sicut mater dei eſt ſingularis ⁊ iſtaꝝ
vitarum effectus quaꝝ iſte ſorores typuꝫ
tenent in ea extitit ſingularis. nunq̄ꝫ em̄ ī
aliquā̄ ꝑſonam Martha ſic oꝑata eſt. nū̄
q̄ꝫ ſic maria contemplationi vacabat. Et
vt breuiter ſex illa opera miſcdie breuiť ꝑ⸗
curramus hec virgo dei filiū̄ in vteꝝ ſuuꝫ
in hoſpitem ſuſcepit. nudum carne ⁊ pan
no veſtiuit ⁊ operuit. eſurienteꝫ pauit. ſiti
entem lacte potauit. infirmū̄ ꝑ infantiam
⁊ iacentem non ſolum viſitauit ſed etiam
balneando ⁊ fouendo frequētauit. vt me⸗
rito d̄ ipſa dicatur. Martha ſatagebat cir
ca frequens miniſterium. Ex his patet ꝙ
miniſtrabat in ſummo. Q̄d etiam aſtitit ꝑ
contemplationeꝫ in ſummo patet ꝑ illud
quod ibidem ſubiungit Augꝰ. Porro de
parte marie que optima ꝑdicatur que ⁊
quanta ⁊ qualis fuerit in beatiſſima virgi
ne q̇s digne eloquatur. O q̄ꝫ magna mul
titudo dulcedinis dei fuit in beatiſſima v̄
gine maria. quando ſpiritꝰ ſanctus in eaꝫ
ſuperuenit ⁊ virtus altiſſimi obumbrauit
ei. ⁊ de eodem ſpiritu concepit quod d̄ ea
non ſapiebat. in qua dei ſapientia latebat
⁊ in cuius vtero ſibi corpꝰ adaptabat chri
ſtus in maria. ibi omnes ſunt theſauri ſa⸗
pientie ⁊ ſcientie dei abſconditi. Maria
hec que non tantū̄ ad pedes ſed etiam ad
caput domini ſedens audiebat verbum il
lius. hec conſeruabat omnia verba. ſcꝫ pa
ſtorum angeloꝝ magorum. nec nō ⁊ ipſi⸗
us filij conferens in corde ſuo. nemo vn⸗
q̄ꝫ ſicut hec beata virgo guſtauit q̄ꝫ ſuauiſ
eſt dn̄s. inebriabať ab vbertate domꝰ ſue.
⁊ torrente voluptat̃ ſue potabatur. nec mi
rum quoniā̄ apud eaꝫ immo intra eā̄ erat
fons vite de quo manabat tanta ꝑfectio
vtriuſq̄ꝫ vite. Ex his patet ꝙ beatiſſima v̄
go ꝓprietatem miniſtrandi in ſummo ha
buit ⁊ etiam ꝓprietatem aſſiſtendi. Item
Dyoniſius in celeſti hierarchia ca. iij. Eſt
quidem ſcd̄m ſtatum vie ordo diuinus.
ſciā̄ ⁊ oꝑatō. Et vult ꝙ hec tria ſimiliť ſint
ī om̄ibus angelis ordo. i. ꝑtās. ſciā̄ ⁊ oꝑa
tio. Q̄d igiť hec tria habuit btā̄ virgo ꝑtꝫ
hoc mō. ꝑtās imꝑialis impꝓporcionabiliť

maior eſt ſuꝑ omnē poteſtatē miniſteria-
lem.ſed in beata virgine eſt poteſtas impi
alis reſpectu omniū angelorū.ergo eius
poteſtas eſt ſuꝑ omnem poteſtatem ange
lorum. Sed in ꝑfecte ordinatis ad maio
iorem poteſtatem ſequitur maior ſcientia
⁊ ad maiorem ſcientiā ſequitur maior ope
ratio. igitur ⁊ hec in beatiſſima virgine fu
erunt in ſummo. Item vna ꝓprietas cō-
munis omnibus angelis eſt.angeli vidēt
ſemper faciem patris.hec autem viſio eſt
tota merces ipſorum. Sed merces beatiſ
ſime virginis eſt improporcionabiliter ſu
ꝑior mercedibus omniū angeloꝝ.igitur ⁊
viſio eius eſt ſuꝑior viſionibus omniū an
gelorū. Ex his patet qualiter habuit oīs
cōes ꝓprietates angelorum.

Einde de pro

prietatibus ſinguloꝝ angelo
rum ⁊ ſinguloꝝ ordinū prime
hierarchie.qualiter beatiſſima virgo om-
nes habuit.⁊ in ea fuerunt cū impropor-
cionabili excellentia. Primus ē ordo an-
gelorum cuius tres inueniuntur ꝓprieta
tes. Vna ꝙ ordo ille immediate ordina
tur ad humanā hierarchiā. Secunda ꝙ
maxime nobis noti ꝑ intelligentiam ſunt
illi qui ſunt de ordine angeloꝝ. Tercia ꝙ
ſinguli ſingulos homines cuſtodiūt. Pri
ma harum conuenit beatiſſime virgini cū
excellentia.ipſa eñ eſt ſuper nos.immedi
atior tamen nobis ꝙ̄ angeli. quia ipſa cō
uenit nobiſcum in natura. Vnde angeli
ſunt nobis prelati ſed non fratres. ipā au
tem eſt nobis prelata mater ⁊ ſoror ⁊ filia
Secunda etiam conuenit ei per excellen
tiam.angeli eñ noti ſunt nobis per intel
ligentiam tm̄.⁊ nos ipſis tantum per intel
ligentiam.ſed beatiſſima virgo nota ē no
bis per experientiā. quia ex nobis agno-
ſcimus ea que ſunt proxime noſtre. ſimi-
liter ipſa noſcit humanā naturam ⁊ infir-
mitatem per experientiā.nō eñ habemus
dominā que nō poſſet compati infirmita
tibus noſtris. Terciā etiā ꝓprietatem ha
bet cū excellentia. Angeli eñ cuſtodiunt
ſinguli ſingulos hoīes.ipſa cuſtodit vni-
uerſaliter ſingulos homines ⁊ ſingulari-
ter vniuerſos Singuli eñ ſeruoꝝ ꝓſunt ſi
bi cōmiſſis.domine autem ⁊ dñi eſt cuſto
dia ⁊ prouidentia vniuerſalis. Sic patet
qualiter ipſa habet cum excellentia oīes
ꝓprietates angelorum.

Ecundus ordo eſt archangelorū
qui ſimiliter ſcḋm beatū Dyo.tres
videntᷣ habere ꝓprietateſ. Prima
eſt ſuꝑioribus cōmunicare. Secunda ſu-
per inferiores eſſe. Tercia īferiores ad ſu
periores reducere. Primā harum habuit
cū excellentia.ipſa eñ ſuꝑioribus maxime
cōmunicauit. iuxta illud Luce.i. Spūs
ſanctus ſuꝑueniet ī tē. id eſt plus ꝙ̄ in ali
quā ſanctorum veniet in te. Alij ſancti ac
ceperunt a ſuꝑioribus gratiā creatā parti
cularitet. ipſa autē creatā vniuerſaliter. et
increatā ſingulariter. Secundā etiam ha
buit cum excellentia. alij eñ ſancti ſuꝑ ali
quos ⁊ nullus ſuper omnes.ipſa autē ſu
per omnes. Item angeli ⁊ alij ſancti ſunt
ſuper alios tm̄ ex gratia.ipſa autē ex gra-
tia.iuſticia ⁊ natura.naturaliter eñ mater
regis eſt regina.⁊ regina iuſticia.⁊ gratia
eſt ſuper omnes qui ī ſuo regno ſunt. Ter
ciam quoq; habuit cū excellentia.ipſa eñ
ſola omnes inferiores reducit tanꝙ̄ me-
diatrix reconciliationis. adiutrix redem-
ptionis. ⁊ angelorum numerum reſtaura
uit.ſubuenit ruine ante conſpectum domī
Iudith.xiij.⁊ hominē lapſum reparauit
⁊ reuocauit. Sic igitur habuit beatiſſima
virgo omnes ꝓprietates ſecundi ordinis
cum excellentia in ſummo.

Ercius eſt ordo principatuū q̇ ſi
militer tres habent ꝓprietates.pri
ma eſt primi principij imitatiuū.
Secunda eſt principaliū virtutū ornati
uū. Tercia eſt inferioꝝ ad ipſum princi
cum principium reductiuū. Primā ha-
buit beatiſſima virgo in ſummo. imitatur
eñ primū principiū in tribus.in mali im
munitate.iuxta illud Sapie.vi. Incorru
ptio facit proximū deo. in bonoꝝ cōmu-
nicatione.mater eñ bonoꝝ omniū eſt. ve
nerunt eñ mihi omnia bona pariter cum
illa.⁊ innumerabilis honeſtaſ ꝑ manus il
lius.ſicut dicitur Sap.vij.in cōicāda bo
norum opeꝝ cōmunicatione.eſt eñ oliua
ſpecioſa in campis.⁊ preoccupat qui ſe cō
cupiſcūt.et circuit querēs dignos. vt Sa
pie.vi.dicitur. Tranſite ad omnes q̇ con
cupiſcitis me ⁊ a generationibus meis ad
implemī Ecclī.xxiiij. Eſt igitur primi pn-
cipij imitatiua in ſummo. Secundā ve-
ro ꝓprietatem que fuit principalium vir-
tutū ornatus habuit ī ſummo. qꝛ habuit

deifoꝛmiſſimas virtutes. iuxta illud Eccl
xxiiij. Ego in altiſſimis habito. Terciā ve
ro ꝓprietatem principatuum que fuit in-
feriorum ad principificum principiuꝫ redu
ctiuū habuit in ſummo. ipſa eñ d̾ vltimo
fecit primū ⁊ de primo fecit vltimū immo
omnia. i. omnes creaturas in homine re-
duxit ad illum a quo exierunt illi ꝑſonali
ter vniendo. vnde eſt illa mulier foꝛtis de
qua dicit̾ ꝓuerb. vl. Cuius preciū de vlti
mis finibus. i. de diuinitate ⁊ humanita-
te coniunctis hominē ꝑdituꝫ redemit. Et
ſic patet qualiter beatiſſima virgo oēs an
gelos prime hierarchie tranſijt tranſcen-
dendo. ⁊ ſingulorum ordinū ſingulas ꝓ-
prietates in ſummo poſſidendo.

Am igitur de

ſecunda hierarchia videamꝰ
in qua primus ordo eſt pote
ſtatuum. Cuiꝰ tres ſunt proprietates Pri
ma eſt ſui ordinis ⁊ dignitatis cuſtoditi-
uum. Secunda eſt aliorum ordinatiuum
Tercia actiuum ⁊ reductiuum. Primam
ī ſummo habuit. quia virgo fuit poſt ⁊ an
te dignitate ſtante. Secundam etiam ha
buit cum excellentia. quia fuit ordinis vir
ginum inuentrix ⁊ ordinatrix. ⁊ angelorū
ordinum reparatrix ⁊ reſtauratrix. Terci-
am habuit in ſummo ⁊ fuit actiua in ſum
mo. quia habuit actus virtutum ſcd̄m mo
dum patrie quantum ad perfectionem. et
ſcd̄m ſtatum vie quantum ad meriti con-
ditionem. Fuit etiam vniuerſaliter redu-
ctiuum per exemplum. vnde et dicta ē ſtel
la maris. Et ſic habuit ꝓprietates poteſta
tuū in ſummo.

Ecundus ordo ſecunde hierar
chie eſt ordo virtutū quaꝝ tres
ſunt ꝓprietates. Prima eſt in
cōicabilis virilitas. Secunda
eſt nullius imbecillitatis tarditas. Ter-
cia eſt ad inferiores largitaſ. Virilitas cō
ſiſtit in tribus. In reſiſtentia contrarij. in
aggreſſione ardui. in tolerantia mali Hec
omnia fuerunt in beatiſſima virgine ī ſum
mo. Reſiſtentia contrarij. ita eñ omne cō
trarium nociuū. i. peccatū vicit ꝙ ab ipſo
nunꝙ̄ aliquid paſſa fuit. angeli eñ nun-
ꝙ̄ vicerunt. quia nunꝙ̄ pugnauerunt in
aggreſſione ardui. i. in altiſſima paupꝑtate
reruꝫ. maxima carnis aſꝑitate. ſumma coꝛ
dis humilitate. in tolerantia mali in aſper
rima filij paſſione. quando ipſius animā
ꝑtranſiuit gladius. in his omnibus bea-
tiſſima virgo inuincibilem virilitatem in
ſummo poſſedit. Secunda ꝓprietas vir
tutum fuit nullius imbecillitatis tarditaſ
hanc ipſa cum excellentia habuit. quia eā
dem vitam angelicaꝫ quā angeli ſine one
re carnis cum carne ipſa in carne duxit. ⁊
cum ſarcina carnis illos ſine ſarcina car-
nis ad maius brauiū antecurrit. Tercia ꝓ
prietas fuit ad inferiores largitas. hāc eti
am cū excellentia habuit. illi eñ dāt dona
dei. ipſa dedit ipſum deū. Item ipſi dant
tm̄ inferioribus. ipſa autē ſupioribus ⁊ in
ferioribus ſummū donū tribuit. dedit eñ
mundo deum ⁊ deo mundū. cuilibet ho-
mi regnū celoꝝ. Habuit igit̾ beatiſſima vir
go etiā ꝓprietates virtutū in ſummo.

Ercius in ſecunda hierarchia ē oꝛ
do dominationū. quaꝝ ꝓprieta-
tes ponit beatus Dyo. i celeſti hie
rarchia ca. viij. in hec verba. Sanctaꝝ do
minationū manifeſtam exiſtimo nomina
tionem declarare. abſolutam quandā eſſe
⁊ ab omni pedeſtri minoratiōe liberā ana
gogem nulla tyrannorum diſſimilitudi-
ne nullo quoqꝫ modo eam vniuerſalit̾ in
clinatam. liberaliter ſeuerā dominationeꝫ
omni minutiue ſeruituti ſuppoſitā a ſupi
ori ſubiectione omni remotaꝫ. ⁊ ab vniuer
ſali diſſimilitudine immunē. dominatio-
nis inceſſanter appetentē ⁊ ad illius natu
raliter ſubſiſtentis virtutis ſimilitudineꝫ
quantum poſſibile ē ⁊ ſeipſam ⁊ que poſt
eam ſunt optime ⁊ ſpecioſe conformantē.
⁊ ad nulla vana videntiū. ſed ad ꝓprie exi
ſtens vniuerſaliter cōuerſam. ⁊ dn̄ice ſem
per deiformitatis participatiōꝫ ſm̄ ꝙ poſ
ſibile eſt ipſi factā. Ex hac auctoritate pri
mo poſſunt extrahi decem ꝓprietates do-
minationū. Prima eſt a ſeruitute libertaſ
Secūda eſt ab hoſte inuincibilitas. Ter
cia liberalis ſeueritas. Quarta eſt minuti
ui ſeruitij ſuperioritas. Quinta nulliꝰ ſub
iectionis egeſtas. Sexta diſſimilitudinis
immunitas. Septima dominandi ordi-
nata voluntas. Octaua ſui et ſuorū ad de
um conformitas. Nona nulla in dominā
do vanitas. Decima diuine dominatiōis
particeps conformitas. Et excluduntur ī
his ꝓprietatibus decē impedimenta do
minationū terrenarum a dn̄o ſeruiendū.
Primū ē ſeruitiū ſupioris. ſcd̄m impetus

hoſtiū.terciū dn̄ium.quartū gratuitas ſer
uitioꝝ.quintū ꝓuiſio ſubditoꝝ.ſextū ſol=
licitudo neceſſarioꝝ extrinſecorum.ſepti=
mū ambitio honoris.octauū cōtrarietas
diuitiaꝝ ⁊ dn̄iorum.nonū eſt excecatio va
nitatū.decimū eſt elongatō imitatiōis di
uinaꝝ actionū.Qđ autē he ꝓprietates in
ſummo fuerunt in beatiſſima virgine ſic ē
manifeſtū.Qđ libertatem a ſeruitute ha=
buit ī ſummo patet ꝑ ea que dicta ſunt ſu
pra đ ipſius nobilitate. Qđ autē ſecundā
habuit que fuit ab hoſtibus inuīcibilitas
patet. ipſa em̄ nō ſolum in ſeipſam caput
hoſtis cōtriuit ſed predā totius generꝭ hu
mani ab ipſo abſtulit.⁊ ī natura corporea
ſpm̄ natura angelicū ſuꝑauit.in carne ſu
per carnem vixit.⁊ ſuꝑbiam victricē dya=
boli vicit. ⁊ tandem dyabolum ꝗꝫ de mū
do ꝗꝫ de ſeipſa ꝗꝫ de ſuis angelis omni=
bus ſuꝑegrediens triumphauit.⁊ ꝙ om=
nibus alijs altius eſt contra ipſum deū
fortis fuit.quia deum de celis ad terram
vinculis carnis ligatū et caritate vulnera
tum in gremio vteri ſui ſcꝫ beatiſſime vir=
ginitatiſ carcere captiuauit. Patet igitur
qualiter hec mulier fortis fuit in hoſtium
vincibilitate ⁊ om̄es dn̄ationes precellit.
Tercia ꝓprietas fuit liberalis ſeueritas.ꝑ
qđ pōt intelligi vel mediū inter ꝓdigalita
tē ⁊ auariciā.vel mediū inter exceſſū iuſti
cie.i.rigiditatē.vel exceſſū mīe hoc ē remiſ
ſionē.quidā em̄ ſunt nimis liberaleſ hoc ē
ꝓdigi.quidā nimis ſeueri.i.auari.mediū
inter hec eſt liberalis ſeueritas.Itē quidā
ſunt nimis iuſti ꝑ rigorem.quidā nimis
miſericordes ꝑ remiſſionē. inter hec medi
um ē liberalis ſeueritas.Primū medium
habuit beatiſſima virgo cū excellentia ſuꝑ
omnes dn̄atōes.ipſa em̄ nunꝗꝫ dedit cui
nō eſſet dandū ⁊ nunꝗꝫ non dedit cui eſſꝫ
dandum.⁊ preterea dedit deo omne dan
dum ſcꝫ deo mundū.mundo deū. homi
bus celū.Secundū medium etiā habuit
in ſummo.ipſa em̄ nunꝗꝫ in ſe aliquā ad
miſit iniuſticiam.nunꝗꝫ aliquā miſericor
diam obmiſit.⁊ filio omnem iniuſticiā cor
rigibilem correxit.omnē miſericordiam re
ceptibilē porrexit.Sic igiꝭ patet quomō
beatiſſima virgo habuit prodigalitatis et
auaricie mediū ī ſummo.Itē quidā ſunt
dn̄i nimis liberales voluptatis libertate.
quidā nimis ſeueri aſꝑitate paſſionis.in=
ter hec quoꝗꝫ mediū poteſt eſſe liberalꝭ ſe=
ueritas.hoc quoꝗꝫ mediū habuit btā vir
go p̄ dn̄atōibus.quia habuit ſummā aſꝑi
tatē in corꝑe.et ſummā libertatē ſpiritus ī
mente. Quarta ꝓprietas ē minutiue ſerui
tutis vel ſeruitij ſuꝑioritas.ꝑ qđ pōt intel
ligi ꝙ nulli ſeruiunt quin ſeruitiū ipſos a
ſua dignitate diminuat.hanc ꝓprietatem
beatiſſima virgo ī ſummo habuit.qꝛ ei om
nis creatura ſeruit. ipſa aūt nulli pure cre
ature ſed ſoli deo ſubiecta ſeruit. Et ita ſi
cut ſeruire ſeruo ⁊ ſeruire ſoli deo vnū al=
terū excellit. Item beatiſſima virgo ī hac
ꝓprietate dominationes excellit.Omnes
em̄ alij dn̄i vel dn̄e vel dn̄ationes quibus
ſeruitur a creatura.ſic ſeruitur ꝙ ipſi ſerui
unt creature.ſoli autem noſtre domine ſic
ſeruiunt omnes creature ꝙ ipſa non tene
tur niſi ſoli deo ſeruire.Seruire autē deo
regnare eſt ⁊ non diminui.Quinta ꝓprie
tas fuit ſubiectionis nullius egeſtas.per
quod poteſt intelligi ꝙ nō eſt ī celeſtibus
dominationibus ſicut eſt in terrenis.que
tm̄ ſuo modo indigēt ſeruis ſicut ſerui do
minis ſuis indigent.in celeſtibus aūt nul
la eſt indigentia ſeruitutis.Hanc ꝓprieta
tē habuit beatiſſima virgo ſuꝑ dominatio
nes.que ⁊ ſi non habeant indigentiam re
ſpectu inferiorum ⁊ ſubditoꝝ.hn̄t tamē re
ſpectu ſuꝑiorū ⁊ beatiſſime virginis.ipā
aūt nullius ſuꝑioris vel inferioris.qꝛ cū
nulla creatura ipſa ſit ſuperior. indigenti
am nō habet creature ſed ſolius creatricis
ꝑſone.Sexta ꝓprietas ē diſſimilitudinis
immunitas.ꝑ quod intelligitur remoueri
diſſimilitudo oꝑationis.⁊ attribuiꝭ domi
nationibus eo ꝙ leguntꝭ miſſi ad exterio=
ra.ſed ſemꝑ tamen inferioribus ⁊ interio=
ribus actōibus ſunt attenti ſimul Hāc au
tē ꝓprietatem beatiſſima virgo habuit in
ſummo.q̇a ſimilima deo fuit corde ⁊ cor=
pore. Corde em̄ fuit virgo ſingularis in=
ter omnes mitis ⁊ humilis corde. Corꝑe
quia incorruptio in ſummo eam ꝓximā fe
cit eſſe deo.in opere etiā ipā ſimilima fu
it.a de em̄ celeſti non inueniebatur adiu=
tor ſimilis eiuſ.Similima em̄ fuit deo ꝑm
diuinitatem ſuam.⁊ deus ipſi ſcđz huma
nitatem ſuam. Unde Aug.ſupra. Si for
mā dei appellē digna extitis. ipſa em̄ va
por ē virtutis dei ⁊ emanatō quedā clari=
tatis omnipotentis dei ſincera.⁊ i̅ð inqna
tū in eā nil incurrit.Candor em̄ eſt lucis
eterne et ſpeculū ſine macula dei mater et

ımago bonitatis illius. igitur habuit diſ
ſimilitudinis immunitatē ī ſummo beata
virgo. Septima ꝓprietas eſt dominandi
ordinata voluntas quaꝫ ⁊ ipſa habuit in
ſummo. quia improporcionabiliter plus
ordinatius eſt dn̄m vel dominā dn̄ari ſu
per ſeruū q̄ꝫ ſeruū ſuꝑ dn̄m vel cōſeruū. ꝑ
accidens em̄ eſt ſi ſeruus dn̄atur. Hec au
tem eſt ꝑ ſe dn̄a dn̄atur. igitur imꝓporcio
nabiliter plus ordinata eſt volūtas domi
nādi qua dn̄a vult dominari ſuꝑ ſeruū q̄ꝫ
qua ſeruus vult dominari ſuꝑ conſeruuꝫ.
accidit em̄ ſeruū dominari. eſſentiale vero
domine dominari. Octaua ꝓprietas fuit
ſui ⁊ ſuoꝝ ad deū cōformitas. quod ſic in
telligit̄ ꝙ dn̄i illi qui ita ſunt dn̄i ꝙ et ſer
ui taliter debent ſuis dominari ſubditis.
vt ſtudeant ſe ⁊ ſuos ſubditos ad ſuorum
dominoꝝ imitatōem informare. Hāc etiā
ꝓprietatē beatiſſima virgo habuit in ſum=
mo. quia omnes ſeruos fugitiuos ad do=
minū reduxit. et de ſeruis dn̄os fecit regeſ
⁊ principes immo deos fecit. vnde coro=
nam ſtellaruꝫ. xij. habuit in capite. qua cō
ſtat omnes ſanctos ſubiectos eterna glo=
ria dn̄aſſe. Nona ꝓprietas eſt in dominā
do nulla vanitas. hanc habuit virgo bea
tiſſima in ſummo. quia quanto maior fuit
tanto plus humiliauit ſe in omnibus. vn
de cum conſtet eā maximā creaturaꝝ fuiſ
ſe neceſſe eſt ipſam omnibus humilimam
extitiſſe. hec eſt em̄ proſecuta verbuꝫ. Qui
ſe humiliat exaltabit̄. igit̄ oīm exaltatiſſi=
ma oīm humilima fuit igit̄ que omnibus
improporcionabiliter plus habet humili
tatis. minus imꝓporcionabiliter om̄ibus
habuit vanitat̄. Decima ꝓprietas fuit di
uine dn̄ationis cōformitas. hanc etiā bea
tiſſima virgo habuit ī ſummo. q̄ꝛ vere ſola
dn̄ice paſſionis facta fuit ꝑticeps. q̄a ab
eodem domino ⁊ regno a quo fili⁹ nomē
acccepit regis ⁊ ipſa regine. dn̄a em̄ vt di
cit Damaſ. vere facta eſt oīm ꝯditoꝝ ma
ter exiſtēs. Sic igit̄ manifeſtū eſt qualiter
ꝓprietates dominationū habuit beatiſſi=
ma virgo.

Eſtat nunc vi
dere de ſuprema hierarchia ī
qua primus aſcendendo ē or
do thronorum quorum ſex ſunt ꝓprieta=
tes. Prima eſt celſitudo. Sc̄da regis cir=
cūdatio. Tercia ſtabilis collocatō. Quar
ta regni ſuſceptio. Quinta regis delatio.
Sexta familiaris aperitio. Proprietas ꝓ
ma conuenit beatiſſime virgini in ſummo
ipſa eniꝫ in altiſſimis habitat. ⁊ thronus
eius in columna nubis. Ipſa etiam eſt il
la ſedes ſaphirina quaꝫ vidit Ezechiel ſu
per firmamentū. i. ſuꝑ altitudinē oīm ſan
ctoꝝ in gloria confirmatoꝝ. vtputa q̄ ex=
altata eſt ſuꝑ oīm angeloꝝ choros. Item
Aug. Si celum vocem altior es. Secun=
da ꝓprietas eſt regis circūdatio quam lu
cide habuit in ſummo. quia quē nō ſoluꝫ
angeli īmo celi capꝑe non poterant tuo gre
mio contuliſti. Itē in tua ſe clauſit viſce=
ra factus hō. hoc eſt em̄ nouū. immo oīm
nouoꝝ nouiſſimū ꝙ hec mulier circūde=
dit virum gremio vteri ſui ſicut dicit̄ Hie
re. xxxj. Tercia ꝓprietas fuit ſtabilis collo
catio. Hanc etiam in ſummo habuit bea=
tiſſima virgo. quia rex celi non ſolum ip=
ſam in ſolium glorie eternaliter elegit ſed
in ipſa requieſcens de ipſa ſua ſede corp⁹
ſibi fecit. quod ſibi in vnitatē ꝑſone aſſum
pſit ⁊ nunq̄ꝫ depoſuit. Quarta ꝓprietas ē
regis ſuſceptō. hanc autē in ſummo habu
it beatiſſima virgo. vnde Ezechiel. ij. Ip=
ſum in ſe ſuſceperūt ꝑ eccleſiā et ꝑ inhabi
tantē gratiā. ipſa autē ſanctiſſima virgo ſic
etiam ipſum ſuſcepit. ⁊ plenius. q̄ꝛ ꝑ gra=
tie plenitudinē ⁊ pn̄tiam corporalē. Quī=
ta ꝓprietas eſt delatio. hanc etiaꝫ in ſum=
mo habuit beatiſſima virgo. quia ip̄m re=
gem glorie in mundū detulit de celo. vn=
de ipſa eſt veruꝫ ferculū quod fecit ſibi ve
rus Salomon Canticoꝝ. iij. Ipſum in
mundū tulit et in mūdo circūtulit. quādo
aſcendit ſuꝑ nubē leuē ⁊ ingreſſus fugit in
egyptum. Sexta ꝓprietas eſt familiaris
aperitio. Hanc habuit expreſſe beatiſſima
virgo in ſummo. quia vt dicit bern. Qua
liter ſplendor ille inacceſſibilis virgineis
ſe infuderit viſceribus ſoli datum eſt ſci=
re cui ſoli datum experiri. Item Prouer=
biorum. xxx. Tria ſunt difficillima mihi.
⁊ quartuꝫ penitus ignoro. quod eſt via vi
ri in adoleſcentia ſua. Unde Johānes ꝓ
pheta et plus q̄ꝫ ꝓpheta neſcit ſoluere cor
rigiā calciamēti eius Luce. iij. Et ip̄e nū=
cius gabriel queſiti modi queſtionē nō ſol
uit. ſed ad ſpm̄ſanctū tranſmittit inſtruen
dam. Sic igitur manifeſtū ex his ꝙ bea=
tiſſima virgo ꝓprietates oīm thronoꝝ eti
am habuit in ſummo ⁊c̄.

Ecundus vlti
me hierarchie ordo eſt cheru-
bin. cuius ƀm beatū Dyo. q-
tuor ſunt ꝓprietates. Prima ē eſſe ī circui
tu eius. ſecūda eſt reductiuū. tercia actiuū
quarta exemplatiuū. Prima igiť que ē in
circuitu eius ꝑ quā ſcđm cōmentatorē in-
telligitur ꝙ in circuitu ſunt quia ad totuꝫ
quod eſt intrant. Hanc igitur beatiſſima
virgo habuit ī ſummo. quia ip̄m totū cir-
cūdedit. ⁊ preterea intima viſcera miſcđie
patris intrauit. ⁊ ei filiū vnigenitū ⁊ vni-
cum de corde extraxit. Secūda eſt reducti
uū ꝑ quod ƀm cōmentatorē intelligitur ꝙ
ad deū tendūt. hanc em̄ btiſſima virgo ha
buit in ſummo. qꝛ oīa reducibilia ad deuꝫ
reduxit. ipſa em̄ eſt mulier que tria ſata. i.
corpꝰ. animā ⁊ diuinitatē coniūxit Mat.
xiij. per quod naturam in primū immo ſu
per primuꝫ ſtatum inſtitutionis reduxit.
Item ipſa eſt mulier que lucernam accen
dit ꝑ quam dragma decima inuenta fu-
it Luce. xv. Tercia ꝓprietas eſt actiuū ꝗđ
vt dicit cōmentator eſt vt ſcđm deum ince
dant. hanc autem beatiſſima virgo habu-
it in ſummo. qm̄ maxime ſcđm deū aſcen
dit ⁊ inceſſit. ⁊ etiam deiformiſſimos actꝰ
habuit. ⁊ in ſummo actu ipſum ſingulari
ter imitata fuit quando ipſum queꝫ deus
ante deū genuit ip̄m etiā deū ⁊ hoīem ge
nerauit. Quarta ꝓprietas ē exemplatiuū.
quod eſt ƀm cōmentatorē vt ƀm ſuū exem
plū hoc faciant. hanc etiā pleniſſime ha-
buit. qꝛ omnibus recreandis ſpeculum et
ſtella maris ⁊ exemplar extitit ⁊ doctrix di
ſcipline dei omnia illuſtrauit. Patet igiť
qualiter beata virgo oēs ꝓprietates cheru
bin in ſummo habuit.

Sūmus omniū ordo ē ſeraphin
cuius ſcđm beatū Dyoniſiū octo
ſunt ꝓprietates. quaꝝ prima ē mo
bile. ſecunda eſt inceſſabile. tercia calidū.
quarta acutū. quinta ſuperferuiduꝫ. ſexta
intenta. ſeptima intima. octaua inflexibi-
lis. Quas ꝓprietates exponit commenta
tor ſic. Prima eſt igitur ꝓprietas dilectio
nis quod eſt vita. Hanc habuit beata vir
go in ſummo. Ipſa em̄ de ſua caritate me
ruit de cōgruo ſibi viuere vita ſumme glo
rioſa. Et ꝙ ipſa fuerit principium vite in
create ⁊ omnibus nobis cauſa vite eterne
Item ſi vita eſt effectus dilectionis igitur
cum in ipſa improporcionabiliter ſit dile
ctio in ea impꝓporcionabilis erit vita. Se
cunda proprietas eſt inceſſabile. ⁊ eſt in-
ceſſabile caritas quia eſt ꝑpetuum. inceſſa
bilitatem caritatis habuit in ſummo ſu-
per ſeraphin beatiſſima virgo. magis ē em̄
inceſſabile quod non ceſſat nec poteſt ceſ-
ſare q̄ꝫ quod non ceſſat aliquando tamen
ceſſauit. Item magis eſt inceſſabile quod
non ceſſat ⁊ nō poteſt ceſſare q̄ꝫ quod nō
ceſſat ⁊ non poteſt ceſſare modo. ſed tamē
aliquando potuit ceſſare. ſed caritas an-
gelorum ſeraphin potuit aliquādo ceſſa-
re. ſummus em̄ de illo ordine ceſſauit quā
do cecidit. et ſimiliter alij potuerūt tunc ſi
cut ille. Sꝫ caritas beatiſſime virginis nū
q̄ꝫ potuit ceſſare. igitur magis fuit inceſſa
bile. igitur excellit ſeraphin in inceſſabili
caritate. Minor patet per hoc ꝙ non po-
teſt ceſſare niſi per peccatum mortale. Sꝫ
ipſa nunq̄ꝫ mortaliter peccare potuit. ī v-
tero enim nullus poteſt peccare mortali-
ter. ipſa adhuc in vtero matris ſanctifica
ta fuit ⁊ contra peccata confirmata. et ſic
potuit nunq̄ꝫ caritatem amittere. Sera-
phin autem amittere potuit. igitur excel-
lit illos in hoc quod eſt inceſſabile. Ter-
cia proprietas calidum eſt. et eſt dilectio
calidum quia ſopita. ſed hanc habuit bea
tiſſima virgo ſuper ſeraphin. alijs em̄ pa-
ribus fortior eſt virtus que tantundē ope
ratur cum reſiſtentia contrarij q̄ꝫ illa que
ſine reſiſtentia. vnde maior eſt virtus que
ſopitum facit in ſtrepitu q̄ꝫ que facit ſopi
tum in ſilentio ⁊ quiete. igitur cum beatiſ
ſima virgo ſopita fuerit ⁊ omnino trāquil
la in tumultu tribulationis ⁊ ſtrepitu per
ſecutionum temptationuꝫ huius mundi
magis fuit ſopita q̄ꝫ ſeraphin extra hmōi
ſtrepitum ⁊ tumultuꝫ conſtituti. ſic igitur
maior eſt violentia que cogit hominez in
ſtrepitu dormire q̄ꝫ que in quiete. Quar-
ta proprietas eſt acutum. Et dicit cōmen
tator acutum quod eſt ſapientie. In hac
excellit beatiſſima virgo ſeraphin. vt pa-
tet ſupra in pluribus locis de ipſius ſapi
entia. Preterea dicit Augꝰ. Chriſtus eſt
in maria. igitur omnes theſauri ſapiētie ⁊
ſcientie dei in maria ſunt. Itē vnctio ſera
phin docet de omnibus nccījs ad ſaluteꝫ
vnctio dn̄e noſtre dat oīa neceſſaria ad ſa
lutē. Itē participāt ſapīam creatam acci-
dentaliter. ipſa eſt mater ſapiētie increate

eſſentialiter. Quinta ꝓprietas eſt ſupfer
uidū. quod eſt vt dicit cōmentator. Dū eñ
ꝑ vim amoris extollitur ſupꝑ ſe ꝑ vim amo
ris expellitur a ſe. hanc etiaꝫ beatiſſima vir
go habuit in ſummo. Uidi eñ ſpecioſam
ſicut columbam aſcendentē ꝑ contempla
tionem deſuper riuos aquarum. id eſt ſu
per omnes choros angelorum. ⁊ nardus
eius caritatis ac humilitatis introiuit in
cubiculum regis ⁊ deduxit regis filiuꝫ de
domo patris. Item ſpiritus eleuat ſurſuꝫ
ſed imꝓporcionabiliter alijs habuit ſpiri
tum ſanctū. igitur imꝓporcionabiliter a-
lijs habuit cor ſurſum. Iteꝫ vbi eſt theſau
rus tuus ibi eſt ⁊ cor tuum Math. vi. ſed
ipſa pre omnibus maximū theſaurum ha
buit ſurſum. igitur maxime fuit ipſius cor
ſurſum. Item ipſa fuit maxime expulſa a
ſe. quia totaliter ſe deo dederat. corpore ⁊
anima deo plena erat. ita ꝙ nec corpꝰ nec
anima plus gratie ſcd̄m ſtatum ꝓ tempo
re recipe poterant. quid eñ homo habet ḡ
tie quod de ea nō accepit. igit̄ quāto plus
habet gratie tanto minus habet de ſe. igi
tur que plena gratie fuit tota de ſe expul-
ſa fuit. Sexta ꝓprietas eſt intenta quod ē
ſcd̄ꝫ cōmentatorē ire in ipm̄. Hanc etiā be
atiſſima virgo habuit in ſummo. quia inti
ma cordis eius penetrauit. ⁊ d̄ viſceribus
miſericordie ſue intimis filiuꝫ de intimo
corde patris extraxit. et infinitam immen
ſitatem miſericordie ipſius intime ⁊ pro-
fundiſſime intimauit. ⁊ om̄s diuitias eiuſ
miſc̄die effudit. et in ſanctuarijs dei habi
tans ſapientiā a ſeculis abſconditā carne
indutā patefecit. Septima ꝓprietas ē in
tima. qd̄ vt dicit cōmentator eſt ꝙ ad ex-
teriores nō effluat. Qd̄ etiā eā in ſummo
ipſa habuit ſuper ſeraphin patet. illi eniꝫ
nō effluxerunt deſcendendo. ſed nō aſcen
derunt. iſta autem deorſum non fluxit im
mo contra naturam ſurſum fluxit. et om-
nes qui defluxerunt ſurſum traxit. Octa-
ua ꝓprietas eſt inflexibile. quod eſt vt di
cit cōmentator vt ad alia negocia extra ip
ſuꝫ nō diuertat. hanc quoq̄ꝫ habuit ſuper
ſeraphin. illi eñ tm̄ ab illo tꝑe quo hoc ac
ceperant nō diuerterunt. ipſa autem nun
q̄ꝫ diuertit ab ipſo. ſed omnia vertit ad ip
ſum. Et totū mundū in ipſum conuertit.
Item alij accipiunt aliquid ab alijs vñ ſe
ad deū conuertunt. ipſa autē ſola habuit ī
ſolo filio vnde nunq̄ꝫ diuertit ab ipſo. Ex

his patet quō beatiſſima virgo omnes ꝓ
prietates omniū angeloꝝ habuit in ſum-
mo. Itē Bern. quaſdā quibuſdaꝫ alijs
aſſignat ꝓprietates dicens. ꝙ virtutuꝫ eſt
miracula facere. poteſtatum contrarias po
teſtates coercere. principatuuꝫ regna mu
tare ⁊ miniſtrare. Hec om̄ia in beatiſſima
virgine fuerunt in ſummo. quia omnium
miraculorum miraculoſiſſimum fecit cum
deum ⁊ hominem genuit. poteſtates coer
cuit cū regnū dyaboli deſtruxit. ⁊ eum in
inferno ligauit. regna mutauit cū omnes
in regno celorum tranſduxit Eſt igitur be
atiſſima virgo angelus in gratie inuentio
ne. archangelus in dei generatione. prin
ceps in principum ſubiectione. poteſtas ī
ſupnaturalium operatione. virtus in dei
formiſſimoꝝ actuum ꝑfectione. domina-
tiones in creature ſuperpoſitiōe. thronus
in dei corporali receptione. cherubin ī om
niū ſecretoꝝ ſecretiſſima cognitiōe. ſeraphī
in ſumma ſupra omnes dilectione. Patet
igitur qualiter beatiſſima virgo omnes ꝓ
prietates omniū angelorum habens ⁊ ſu
per hierarchias omnes eſt exaltata. ita ꝙ
ſingulorum omniuꝫ omnes ꝓprietates ⁊
dona ipſa vniuerſalit̄ ⁊ ſingulariter ī ſum
mo poſſedit vniuerſa.

Ltimo queri
tur de illo priuilegio quod ē
regina miſericordie. de quo q̄
ritur vtrum illud nomen con
ueniat ei proprie in predictam dignitatē
exaltare. Et videtur ꝙ nō. Maiori eñ di
gnitati cōuenit dignius nomen ergo ſum
me dignitati conuenit digniſſimū nomē.
ſed dignitas in quam exaltata eſt eſt ſum
ma dignitas. igitur ſm̄ illam conuenit ei
digniſſimū nomen. digniſſimū autem no
men creature eſt mater dei. ergo ſcd̄m illū
ſtatum debet mater dei appellari. Itē ipa
eſt exaltata ad ſummū ſtatū glorie. igit̄ po
tius diceret̄ regina glorie. Itē a digniori
fiunt denoīationes. ſed digniſſimū ē glo-
ria. ergo ipſa eſt regina glorie. Iteꝫ quod
nobilior ⁊ dignior ē ſimilius hoc ē digni
us ⁊ nobilius. ſed nomē nobiliſſimū ⁊ di
gniſſimū ē rex gl̄ie. igitur ipſa ſimiliter de
beret dici regina gl̄e. Item ab eodē regno
a quo filius ſuus dicit̄ rex ipſa dicit̄ regiā
ſicut a frācia dicit̄ rex frātie ⁊ regina frācie
ſed filius dicit̄ rex glorie. igit̄ ipſa regina

glorie. Jtem vbicunq̄ nō eſt miſeria non
eſt miſericordia·vnde gloſe aliqñ dicunt·
ꝙ in celo nō eſt miſcdia· ſed ipſa eſt regi//
na celoꝝ igitur ipſa nō eſt regina miſcdie·
Jtē ſcdm ſtatū illum ipſa eſt ſuꝑ oēs hie//
rarchias igitur videtur ꝙ debeat dici re//
gina celoꝝ· Jtē gloria tm̄ eſt in celo. miſe
ricordia tm̄ ꝓprie in mundo· gratia autē
cōmuniter eſt in celo ⁊ in terra iuxta illd.
gratiā ꝓ gratia . igit̄ debet dici regina gra
tie· Jtē impator eſt ſuper reges· ⁊ impera//
trix ſuper reginas· igitur deberet impatrix
miſcdie noiari. Jtē in ordinibus angeloꝝ
ſuꝑiores denominant̄ a ſuꝑioribus ⁊ di//
gnioribus donis· ſed ſummū ac nobiliſſi
mū donū eſt caritas. igitur ipa deberet re
gina caritatis nuncupari. Jtem filius de
us pacis dicitur ⁊ dilectionis· igitur ipſa
regina pacis ⁊ dilectionis· Jtem ſeraphi
denominatur a caritate. ſed ipſa eſt ſupe//
rior ſeraphin igitur ipa debet a ſuꝑiori de
nominari. ſed nihil eſt ſuꝑius caritate ni//
ſi deus· ergo ipſa deberet a deo denomi//
nari. igitur ipſa deberet a deo dici dea mi
ſcdie· Jtē filius dicit̄ rex regum ⁊ dñs do
minantiū. igitur ipſa dicetur regina regi//
naꝝ ⁊ dña dñaruꝫ· Jtē filius dicit̄ deꝰ de
orū igitur ipſa dicet̄ dea deoꝝ. Jtē Dyo.
de di. no. inuenieſ autē ꝙ ⁊ deos eloquia
vocant nō tamē ſuꝑceleſtes eſſentias. ſed
apud nos amiciſſimos dei ⁊ mirabiles vi
ros. Et infra. Et vniuerſalit̄ quecūq̄ vir//
tus vniuerſalit̄ cōuertit̄ ⁊ in diuinas illu
minatōes inceſſanter extendit̄ ſm virtutē
diuina imitatōe ⁊ diuia inuocatōe digna
effecta eſt. Cū igitur beata virgo ſit dei a//
miciſſima et ad diuinas illuminationes
omnibus alijs creaturis improporciona//
biliter plus extenſa. ipſa potiſſime vocabi
tur dea deorum· Contra hec opponi//
tur in hunc modū. gloria ⁊ gratia ⁊ iuſti//
cia ꝑ ſe tantū dicunt collatōem boni· mi//
ſericordia autem ⁊ collationem boni et ab
lationem mali per ſe. igitur plus compre//
hendit ⁊ in amplius ſe extendit regnū mi
ſericordie q̄ȝ regnū glorie· gratie vel iuſti
cie . Sed ab ampliori potētia ⁊ maiori eſt
dignitas maior ⁊ denominatō· igitur bea
tiſſima virgo debet dici regina miſcdie a
ſumma dignitate. Jteȝ gloria tantū ꝓprie
eſt in celo et nō in terra nec in purgatorio
nec ī inferno. miſericordia aūt eſt in celo ⁊
in terra ⁊ in purgatorio ⁊ ī inferno. igitur

maximū eſt regnū miſcdie· igitur maxima
regina debet dici regina miſcdie. Jtē q̄c//
quid eſt ſuꝑius ſuꝑiore eſt ſuꝑius inferio
re. ſed miſcdia eſt ſuꝑ omnia opa dei. ⁊ re
gina miſcdie ſuꝑ miſcdiaꝫ. igit̄ regina mi
ſcdie determinat poſitōem ſuꝑ oia. ſed il//
la ꝓprie cōuenit beatiſſime virgini· igitur
ꝓprie ⁊ vere ē regina miſcdie. Jtē ipſa eſt
ſuꝑ patrimoniū ⁊ ꝓprietatē ſui filij. ſȝ hec
ē miſcdia. ꝓpriū eſt em̄ dei miſereri. igitur
ꝓprie eſt regina miſericordie. Jtem Jſa.
xviij. Ego aūt cōſiderabo ī loco meo glo//
rioſo· qui locus ē miſcdia vt dicit glo. Sȝ
ꝓprius locus regis eſt regnū. igit̄ miſcdia
eſt regnū regis ⁊ regine. Sed ꝓprie dicit̄
rex ⁊ regina miſcdie cuius ē regnū miſcdie
ſicut rex vel regina frācie dicitur cuius eſt
regnū francie· igitur beatiſſima virgo pro
prie dicetur regina miſcdie cuius ē regnū
miſcdie . Jtē omnis qui eſt in regno dei ē
in miſcdia. ſed nō omnis qui eſt in regno
eſt in gloria vel in gratia vel in iuſticia igi
tur ſola miſcdia compͥhendit totū regnū.
igitur regina ſuꝑ totum regnū potiſſime
dicetur regina miſcdie· Jtē regnū glorie ē
regnū miſcdie. ſed nō cōuertit̄. ergo regnū
miſcdie cōmune eſt. complectit̄ em̄ vtrūq̄
ergo vniuerſalis regina potiſſime dicitur
regina miſcdie. Jtē illa ꝓprie diceret̄ regi
na francie que domina vere ⁊ iure eēt om
niū que ſunt in francia· ſed beatiſſima vir//
go vere ⁊ iure ⁊ ꝓprie eſt domina omniū
que ſunt in miſcdia dei. igitur ꝓprie eſt re
gina miſcdie. Jtē ſi obliquus qui eſt mi//
ſcdie cōſtrueretur trāſitiue vere ⁊ ꝓprie di
ceretur regina miſcdie· ipſa em̄ ē cauſa to
tius miſcdie cōtinēs totā miſcdiaꝫ ⁊ rele//
uās oēm noſtrā miſeriā. Jtē ſi cōſtruit̄ in
trāſitiue ſenſus erit· ipſa ē regina miſcdie
id ē ipa mia. ſed adhuc dicitur vere regia
mie. ipa em̄ ē regina que eſt miſericordia.
vnde ⁊ heſter que ē in figura beate ꝟginiſ
alio noīe ediſſa vocatur qd̄ ē interp̄tatum
mia Heſter. ij· Jtē Jſa· xvi· Et p̄parabitur
in miſcdia ſolium eius· Sed ſoliuꝫ ꝓprie
eſt in ꝓprio loco regni. igitur mia ē ꝓpri//
us locus regni. Sed ī vtero btē ꝟginis ve
re ⁊ ꝓprie requieuit et collocata fuit tota
diuinitas ⁊ humanitas ipi ꝑ ſpm̄ ſanctū
p̄parato. igitur ipa ꝓprius locꝰ fuit regni·
igitur ipa fuit mia. ⁊ cū hoc nō īmerito re
gina mie. qꝛ ipſa ſeipſaȝ ꝑfecte poſſidēdo
ſemꝑ bene rexit. nā ab ipſa nunq̄ȝ aliquid

in directum ꝓceſſit. Jtē dyoniſius de diui
nis no. Regnū eſt omnis finis ⁊ ornatus
legis ⁊ ordinis diſtributio. Sed hec om=
nia ꝓprie conueniunt miſcðie. igitur ei ꝓ=
prie conueniet ratio regni. finis diſtribu
tio ſuꝑ iuſticiam ſcðm miſcðiam eſt. quia
exules facit reges. ornatꝰ quia deformiſ=
ſimos peccatores facit angelos pulcerri=
mos. legis quia gratis dat dona caritat
⁊ pro illa regnum ordinis. quia limus ſu
per angelos terra ſuꝑ celum. Habet itaq̄z
miſcðia ꝓprietates regni ꝓprie. igitur ip
ſa eſt ꝓprie regnū regis. igitur et beatiſſi=
ma virgo dicetur regina miſcðie. Has ra
tiones concedimus dicentes ꝙ ꝓprijſſi=
mū nomen quod beatiſſime virgini ſcðm
ſuā dignitatez ſummā debetur eſt regina
miſcðie ⁊ plus ꝓprie q̄z imꝑatrix. hoc em̄
nomen magis eſt nomen timoris et rigo
ris. regina autem plus eſt nomen proui=
dentie ⁊ equitatis. vnde etiā credo nuſq̄z
deū in biblia expreſſe nominari imꝑatorē
ſed regem. hoc em̄ eſt nomen maieſtatis.
Jtē magꝰ ꝓprie dicitur regina miſcðie q̄z
dn̄a dn̄arum vel regina dominaꝝ vel dea
deaꝝ. Hec omnia important dignitatem
⁊ excellentiā reſpectu maioris ⁊ minoris.
ſed miſcðia vniuerſalē poteſtatē reſpectu
maiorum ⁊ minorum. ſi em̄ diceretur dea
deaꝝ non videretur eſſe dea vel regia pec
catorum vel demonū. Jtē nec dicitur ꝓ=
prie regina pacis ⁊ dilectōis. qꝛ nec hoc ē
omnibus ſui regni vniuerſale. Jtem meli
us dicitur regina miſcðie q̄z regina potē
tie vel ſapie. Jn ſapientia em̄ intelligitur
potētia ⁊ nō econuerſo. Jn miſcðia ſapia ⁊
potentia ⁊ nō econuerſo. vnde miſericor=
dia illa omnia tria claudit in ſe. vnde regi
na miſcðie eſt regina potentie ⁊ ſapientie
⁊ nō econuerſo. Qð aūt potius dicatur re=
gina miſcðie q̄z regina iuſticie vel gratie
vel glorie patet ꝑ contraria obiecta.

Poſt hec queri=
tur de priuilegiorum ſuffici=
entia. quia videtur ꝙ poſſint
eſſe plura q̄z dicta ſint. Primū em̄ interdi
cta fuit ꝙ nunq̄z peccauit. quare igitur ſi=
militer non habuit vnum reſpectu igno=
rantie vel pene. ſicut vnū habuit reſpectu
culpe. maxime cum vtrunq̄z illorum non
fuerit in ſtatu innocentie. ⁊ videātur vtri=
uſq̄z oppoſita ad innocentiam a culpa ꝑ=
tinere. Secundū priuilegium fuit ꝙ nō
potuit peccare. queritur igitur quare ſimi
liter nō habuerit vnū priuilegiū reſpectu
pene. vt que non poſſet peccare nō poſſet
puniri cū tamen omnis pena ſit ꝓ culpa.
igitur vbi nulla culpa nulla poſſet eſſe pe
na. Terciū priuilegiū fuit ꝙ quolibet mo
tu merebatur. queritur igitur quare nō ha
buerit priuilegiū vt ſimilr̄ frueretur ſicut
ipſe dn̄s ieſus xp̄s qui ſimpliciter vnitus
fuit carni mortali. Quartum priuilegiuz
fuit puritas in ſummo. cū igitur triplex ſit
actus hierarchie. purgare illuminare ⁊ ꝑ=
ficere. ⁊ beatiſſima virgo habuit priuilegi
um reſpectu purgatiōis. igitur debuit ha
bere alia duo. vnum reſpectu illuminatio
nis. aliud reſpectu perfectionis. Quintuz
fuit virgo virginū. cū autez beatiſſima fu
erit ⁊ virgo ⁊ mater ⁊ coniugata et vidua
ta. ⁊ habuerit vnuz priuilegium reſpectu
virginum. videtur ꝙ debuit alia tria ha=
bere reſpectu coniugatarum matruz ⁊ vi=
duarum. Sextum priuilegiuz fuit mater
dei. ⁊ cōſtat ꝙ ſimiliter fuit filia dei ⁊ ſpō
ſa dei ⁊ multa cōſimilia. igitur reſpectu eo
rum debuit habere priuilegia multa. Se
ptimū fuit mater oīm. quare ſilr̄ nō habu
it priuilegiū vnū ꝙ eſſet ſoror ⁊ filia oīm.
vel ſaltē ꝙ eſſet dn̄a oīm. Octauū fuit ſtel
la maris. illud habuit beatiſſima virgo re
ſpectu maris ꝓ priuilegio. igitur et aliud
debuit habere reſpectu ignis ⁊ vnū reſpe
ctu aeris. ⁊ vnum reſpectu terre. Nonum
fuit porta celi. ſi reſpectu porte habuit vnū
priuilegium. igitur eadem ratione reſpe=
ctu fundamenti vel parietū deberet habe
re vnū priuilegium vt dicatur lapis an=
gularis vel aliquid huiuſmodi. Decimuz
priuilegiū fuit paſſionis cōicatio. cum igi
tur priuilegiū habuerit reſpectu paſſiōis.
etiā habebit aliud reſpectu actōis cū actō
ſit nobilior paſſione. Undecimū fuit exal
tatio. ⁊ ſic vnū habuit reſpectu ardui. igi=
tur alia duo habebit reſpectu veri ⁊ reſpe
ctu boni. Duodecimū fuit regina miſcðie
quare nō vnū reſpectu potētie vel ſapie q̄
miſcðia ſunt priora. Jtem vnū aliud fuit
ab alijs omnibus quod erat mater ⁊ filia
qð nō ē determinatū inter alia. Jtez vnuz
videt̄ ꝙ nō habuit virtutes ꝑ moduz pa=
trie Jtē vnū priuilegiū videtur ꝙ potuit me
reri ⁊ nō demereri. Jtē fomitꝰ extictō. Jtez
ꝙ cōcepit ſine libidine. Jtem ꝙ portauit

ſine grauedine. Item ꝙ peperit ſine do-
lore. hec ſunt multa priuilegia. igitur ha-
buit plura q̄z predicta. Item ſuperius de
monſtratum eſt ꝙ nullius habuit ignorā
tiam. quod eſt etiam vnū priuilegium be
atiſſime virginis.

Sufficiēcia pri

uilegiorum ſumitur in hunc
modum. Priuilegium vel eſt
contra malum vel ad bonum. Si contra
malum vel contra malum culpe vel pene.
Si pene. vel pena ē pñſens vel futura. Au
ferre autem penam preſentē non eſt priui
legium ſed nocumentū. quia illa eſt meri
toria. Item futuram auferre nō eſt priui-
legium. quia hoc eſt cōmune pluriū ⁊ om
nium martirū ⁊ omniū paruuloꝝ ⁊ alioꝝ
multoꝝ ꝑfectorum tam innocentiuz q̄z pe
nitentiū. qui omnes poſt illam vitam nō
ſuſtinent aliquam penaz. Si igitur eſt cō
tra malum culpe vel eſt culpa actualis vł
originalis. Si actualis ſic eſt peccatū q̄n
tum ad actum. et ſic eſt ꝙ nunq̄z peccauit
nec potuit peccare. Si autem eſt origina
lis. ſic eſt ꝙ non ſoluz nunq̄z peccauit ſed
non potuit peccare. Si eſt priuilegiuz ad
bonum. vel eſt ad bonum meriti vel ad bo
num premij. Si meriti vel eſt habitus vel
actus vel paſſio. Si habitus. vel eſt corpo
ris vel anime. Si corꝑis vel i ſe vel ad de
um vel ad proximū. in ſe. ſic eſt virgo ma-
ter. ad deum. ſic eſt mater dei. ſi ad proxi-
mū ſic eſt virgo virginū. Si autem eſt ha
bitus anime vel ē intellectus vel affectus
Si intellectus ſic eſt nullius ignorantia
Si affectus vel ad deum vel ad ꝓximuz.
Si ad deum ſic eſt puritas in ſummo. ſi
ad proximū ſic eſt mater omniū. Si autē
eſt actus vel in ſe vel ad proximuz. Si in
ſe ſic quolibet motu merebatꝛ. Si ad proxi
mū vel eſt exemplū. ⁊ ſic eſt ſtella marꝭ. vel
ad auxilium ſic eſt porta celi. Si autē eſt
paſſio ſic ē paſſionis cōmunicatio. Si au
tem ꝑtinet ad premiū vel hoc quantū ad
rem. ⁊ ſic eſt ſuꝑ omnes creaturas exalta
tio. vel quantū ad nomen. et ſic eſt regina
miſericordie. Et ſic in vniuerſo ſunt qua-
tuordecim priuilegia beatiſſime virginis
Primū eſt ꝙ nunq̄z peccauit. ſecundū eſt
ꝙ peccare non potuit. Terciuz ꝙ fuit ma
ter ⁊ virgo. Quartū ꝙ eſt mater dei. Qui
tum ꝙ eſt virgo virginū. ſextuz ꝙ nullius
ignorantie. ſeptimū ꝙ eſt puritas in ſum
mo. Octauū ꝙ eſt mater omniū. Nonum
q̄d eſt quolibet motu mereri. Decimū ꝙ ē
ſtella maris. Undecimū ꝙ eſt porta celi.
Duodecimū ꝙ eſt paſſionis cōmunicatō
Tredecimū q̄d eſt ſuꝑ oīes creaturas ex
altatio. Quartūdecimū ꝙ eſt regina miſe
ricordie. Si igitur ſunt. xiiij. priuilegia be
atiſſime virginis. quid ē igitur q̄d Johan
nes vult cū dicit in Apoc. ꝙ vidit mulie-
rem amictā ſole. ⁊ in capite eius coronaz
duodeciz ſtellaꝝ. ⁊ omnes quaſi exponūt
⁊ predicant de duodeim priuilegijs bea
tiſſime virginis. Ad hoc reſpondemuſ ꝙ
ſicut articuli vno modo ſunt duodecim.
alio modo ſunt. xiiij. ſic eſt in ꝓpoſito. poſ
ſunt em̄ reduci. xiiij. ad duodeciz. ad ſum
mā em̄ puritatē que ſub deo poteſt intel-
ligi reducitꝛ immunitas peccati ⁊ impoſſi
bilitas peccandi. quod eſt ſumma ꝓpin-
quatio ad puritatē dei. ⁊ ideo ad purita-
tem in ſummo reducuntꝛ duo prima. et ſic
quatuordecim priuilegia fiunt duodeciz
viſa in corona Apoc.

His uiſis reſpon

demus ad obiecta. Quod igi-
tur obijcitur de fomitis extin-
ctione. dicimus ꝙ illud claudit in ſe puri
tas in ſummo. ſed queritꝛ illud quare ⁊ vn
de fuerit ꝙ non fuit ſine originali conce-
pta. Dicimus ꝙ fuit impoſſibile ꝙ conci
peretꝛ de virgine. quia ſic mater ſua fieret
virgo mater. ⁊ non eſſet ſuū priuilegiū ſcz
ꝙ eſſet mater virgo. cum hoc matri prius
fuiſſet cōmunicatū. Itē frui in via nō po-
tuit ei dari priuilegiū. quia illud in crea-
tura non vnita nō compatitꝛ ſe cum corꝑe
corruptibili ⁊ cū pena. Itē reſpectu matꝛ
habuit priuilegiū. quia fuit mater virgo.
⁊ hoc eſt ꝙ fuit mater dei. Itez ꝙ poterat
mereri ⁊ nō demereri non ē ꝑ ſe priuilegi
um. ſed eſt concluſio duoꝝ priuilegioruz.
ex puritate in ſummo ſequitꝛ ꝙ nō pote-
rat demereri. ex eo autem ꝙ quolibꝫ actu
merebatur ſequitꝛ ꝙ poterat mereri. Item
nutrix dei nō eſt ꝑ ſe priuilegiū ſed priui-
legij pars quod eſt mater dei. ad integri
tatē em̄ maternitatis exigitꝛ nō tm̄ prima
materia corꝑis generandi ſed etiā nutri-
mentū nutriendi. quod tamē aptum natū
eſt ab alio homine accipi. vnde quoniam
alia eſt nutrix. alia mater. ideo nutrix eſt

quaſi dimidia mater. a qua puer aliquā eti am contrahit multū complexione influē te. igit̄ ad pfectiſſimā maternitatē exigitur etiā ratio nutricis. vnde cū beata virgo fu erit pfectiſſima mater fuit ⁊ nutrix. vn̄ Lu ce. xiij. Beatus venter q̄ te portauit ⁊ vbe ra que ſuxiſti. Et ita ſub matre dei intelli git̄ nutrix dei. Jtez filia dei vel ſpōſa dei nō eſt priuilegiuz. quia eſſe filiam dei vel ſponſam dei nihil addit quod ſit ſpeciale ei. Jtem dn̄a oīm nō eſt priuilegiū p ſe. ſz includitur in regina miſericordie. omnis em̄ regina eſt domina ⁊ non econtra. vn de cū beata virgo ſit regina miſcdie. ⁊ mi ſcdia ſit dn̄a oīm beata virgo cū ſit regina miſcdie erit dn̄a oīm. Jtē q̄ nō dat̄ priui legium reſpectu terre aeris vel ignis ſz tā tum reſpectu maris inde eſt. quia mare p prie exprimit periculū huius vite. propter quod indigemus ſuffragio vl̄ nauigio di rigente nos vel educēte. Jtem q̄ nō dicit̄ fundamentū vel lapis angularis priuile giū inde eſt. q2 fundamentuz pprie reſpi cit fidē que a ſolo deo eſt lapis angularis vnionē diuine ⁊ humane nature. Jtē qua re nō habuit priuilegiū reſpectu actiōis ſi cut reſpectu paſſionis. Dicimus q̄ habu it id quod actu meruit quod ſine deo ta men nō potuit facere. q2 ipē dicit ſine me nihil poteſtis facere. Sed adiutores dei ſumus in merēdo ſed nō in patiēdo. Jtez q̄ non habuit priuilegium reſpectu boni vel veri ſicut reſpectu ardui dicim⁹ q̄ ha bet. q2 illa ſua exaltatio nō tm̄ eſt in ardu um ſed in verꝫ bonū arduū. Jtē quare nō reſpectu ſapiē vel potētie ſicut reſpectu mi ſcdie habuit priuilegiuz. Dicimus q̄ mia includit i ſe vtrunqꝫ. vnde regina miſcdie eſt regina potentie ⁊ ſapiē. Et his patꝫ q̄ priuilegia beatiſſime virginis ſunt duo decim ⁊ nō plura vel pauciora.

Am igitur oſtē ſum eſt ſufficienter qualiter be atiſſima virgo gratia plena fu erit. Primo quia omnes gratias genera les ⁊ ſpeciales omnium creaturaꝝ in ſum mo habuit. Secundo q2 illas gratias ha buit a quibus omnis vacua fuerit creatu ra. Tercio quia ſua gratia tāta fuit q̄ pu ra creatura maioris gratie capax non fuit Quarto q̄ gratiam increatam totaz in ſe continuit. ⁊ ſic per omnez modum gratia plena fuit. Fuit etiam iſta plenitudo ſcd̄ꝫ omnem plenitudinis rationem plenitu do perfectiſſima. Eſt em̄ pleītudo alia da tiua et non receptiua. quia ſoli dēo conue nit vt dictum eſt ſupra. Alia eſt receptiua ⁊ hec eſt triplex. Quedam em̄ receptiua et datiua ⁊ non retētiua. et hec plenitudo cā nalis. Et ſic beatiſſima virgo plena ē gra tia omniū quantum eſt ad numerum gra tiarum. que omnes ad numerum tranſe unt p ipſius manū. vnde Eccl. xxiiij. Ego quaſi aqueductus exiui d̄ pa̲diſo dei. hoc eſt de delicijs miſcdiaꝝ dei. Jtem Bern. Diu defecerunt fluenta gratiaꝝ. q2 non dum venerat aqueductus Et ille aquedu ctus eſt mirabilis. quia p ipſum defluunt omnes aque gratiaꝝ deorſum. et iteꝝ per eundem defluunt ſurſuꝫ. Unde Sap. vij Uenerunt mihi omnia bona pariter cū il la. ⁊ innumerabilis honeſtas p manus il lius. Et ſic ad locum vnde exeunt flumīa reuertunt̄ Eccl. i. Eſt autē ſecunda ple nitudo receptiua ⁊ retentiua ⁊ nō datiua Et hec plenitudo vaſis. Et ſcd̄m hāc ple nitudinez plena fuit omnibus gratijs cre atis ſcd̄m ſpeciem. quas omnes in ſpecie in ſummo habuit et nunqꝫ amiſit. et prete rea gratia increata quam totam ſimul ac cepit ⁊ menſibus nouez in ſe clauſit. Fuit igitur non ſolum vas ſed etiam erat illud vas admirabile opus excelſi vt dicit̄ Eccl. xliij. Mirabile em̄ erat vas quod maīeſe ipſo cōtineret. ⁊ hoc eſt ipſa beatiſſima de qua canit eccleſia. virgo dei genitrix queꝫ totus nō capit orbis in tua ſe clauſit viſce ra factus homo. Jtem vas eſt admirabile quod vinū ⁊ aquam ſimul ſine interſtitio ⁊ tamen ſine coniunctione contineret. Et vas iſtud fuit beatiſſima virgo que deita tis vinum ⁊ aquaꝫ humanitatis ſimul cō tinuit ſine mixtionis confuſione naturaꝝ vel proprietatum. non em̄ permixtionem paſſus neqꝫ diuiſionem. Jtem vas eēt ad mirabile quod manens clauſum omnia i ſe reciperet clauſum iterum effunderet. il lud autez ſanctiſſimū vas eſt beatiſſima vir go que dominū concepit. virgo peperit ⁊ poſt partuꝫ virgo permanſit. vnde fuit or tus concluſus. fons ſignatus Canticorū quarto. Fuit etiam porta clauſa Ezechie lis. xliij. per quam rex ſolum ingrediebat tur ⁊ egrediebatur. Et eſt plenitudo re ceptiua datiua ⁊ retētiua. ⁊ hec ē pleītudo

fontis qui eſt plenus ⁊ tamen effluit. Hac
plenitudine plena fuit etiam beata virgo
a qua continue effluit gratia. ⁊ tamen ip=
ſa ſemper eſt plena gratia. vnde ipſa ē par
uus fons qui creuit in fluuium maximuꝫ
⁊ in aquas plurimas redundauit Heſter
xvi. Ex fōte em̄ huius plene plenitudinis
ꝓfluit omnis plenitudo humani generis.
Ex hac em̄ venit nobis preciū redemptio
nis. aqua ablutionis. panis refectōis. me
dicina curationis. arma expugnatōis. p̄=
mium remunerationis. Preciū redem
ptionis. ſm̄ hoc eſt ipſa ſacculus pecunie
de quo Prouerbioꝝ. vij. in quo oēs the=
ſauri ſcie ⁊ ſapie dei ſunt abſconditi. queꝫ
ſecū tulit beatus vir qui nō abijt in conci
lio impioꝝ. tulit dico in ipſius virginis aſ
ſumptione. ⁊ reuerſurus in die plene lune
id eſt in conſummatione eccleſie. De hoc
precio dicit Prouerb. xl. Mulierē fortem
quis inueniet. procul ⁊ de vltimis finibuſ
preciuꝫ eius. id eſt inuentoris. Dicit glo.
De vltimis. i. de extrema humilitate bea=
tiſſime virginis. vel de vltimis id eſt ꝺ cō=
iunctione dei et hominis qui ſunt duo vl
timi fines. Attingit em̄ a fine vſqꝫ ad fi=
nē fortiter ⁊ diſponit omnia ſuauiter Sa
pie. vij. illud preciū fuit in die annūciatio
nis cōmaſſatum. in die paſſionis perſolu
tum. Sed miſeri iudei preciū noſtꝝ cogi
tauerunt repellere. Quis em̄ eſſet aurū ter
re illius. i. beatiſſime virginis optimū. ta=
men ipſi nō cognouerunt. quia ipſi nō cre
diderunt ipſum deū eſſe. ⁊ quod fuit auꝝ
mundiſſimū crediderunt eſſe cuprū. ⁊ mel
ſuſpicati ſunt eſſe fel. vnde et omni modo
quo ꝓbatur aliqua pecunia ꝓbauerūt ipꝫ
⁊ examinauerunt ipſum ꝑ ignem. ps̄. Ig
ne me examinaſti. Sed ſic nec inuenerūt
aliquid de ſcoria. vnde ⁊ nō eſt inuenta in
me iniquitas. Preterea etiam numeraue
runt. ps̄. Dinumerauerūt omnia oſſa mea
inſuper in ſtatera crucis librauerunt. vn=
de cantatur. Statera facta ē corporis. Et
ſic effluxit precium redemptionis. Sic
etiaꝫ effluxit nobis aq̄ ablutōis. ipſa ē em̄
fons patens de quo in Zach. iij. Erit fōs
patens domui dauid in ablutionem pec=
catorum ⁊ menſtruate. ⁊ erit fons ortoruꝫ
puteus aquarum viuentiuꝫ. Et fons iſte
prefiguratus fuit. ij. Regū. quando Da=
uid dixit. Si quis daret poculuꝫ mihi a=
que de ciſterna que eſt in bethleem iuxta
portam. Beatiſſima virgo eſt fons quan
tum ad cōmunia bn̄ficia que exhibuit om
nibus. puteus quantū ad ſpecialē deuo=
tionem quā dat ſuis ſpecialibus. ciſterna
vero inquantū ab ipſa fluit refectio pctō=
ribus. que ciſterna eſt iuxta portā. qꝛ vult
om̄s ſatiare. Unde clamat in Ecc̄i. xxiiij.
Trāſite ad me om̄s qui cōcupiſcitis me a
generatiōibus meis adimplemi. Aqua ci
ſterne huius eſt xp̄s qui eſt fons vite ſali
ens in vitā eternā Joh. iiij. Hanc aquam
multum deſiderauit dauid. i. populus iu
daic⁹. vnde clamat Iſa. xliij. Egeni ⁊ pau
peres querunt aquas ⁊ nō ſunt. Job. Oſ=
ſa mea p̄ caumate aruerūt. Et ps̄. Anima
mea ſicut terra ſine aqua tibi. Et dn̄s tūc
dedit moyſi conſiliū Numeri. xx. Loqui=
mini inquit ad petrā. i. ad beatā virginem
duram contra tribulationem. grauē con=
tra inſtabilitatem. frigidam contra libidi
nem. ⁊ ipſa dabit nobis aquas. Et tūc a=
peruit eis theſaurum ſuum fontem aque
viue de ciſterna in bethleem. Et hāc aquā
tulerunt tres fortes. fides ⁊ caritas ⁊ hu=
militas virginis. Fides per quam ſancti
vicerunt regna fortis eſt quia montes trāſ
fert. Caritas fortis. vnde fortis ē vt mors
dilectio Canticorum vltimo. Humilitas
fortis. quia ſolo odore regem de accubitu
ſuo id eſt de palacio patris traxit ad vbe=
ra matris. Sed quid fecit dauid id ē po=
pulus iudaicus de aqua iſta. Poſtqꝫ ve=
nit non bibit ſed libauit in cruce. Sed cer
te illa libatio noſtra fuit ablutio. Ipſe em̄
dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis noſtris
in ſanguine ſuo. Iſte etiam puteus figu=
ratur per illud de quo cantant filij Iſra=
hel Numeri. ij. Aſcendat puteus. dicitur
ibi ꝙ illum puteum foderant vel fecerant
principes ⁊ duces in decreto legis et i ba
culis ſuis. Uerum eſt ꝙ principes. id eſt
patriarche. ⁊ duces id eſt prophete cuꝫ ip
ſo legiſlatore moyſe multum diu foderūt
iſtum puteum. deſiderando. orando. pre=
figurando. ꝓphetando. ſed Mathe⁹ noui
teſtamenti foſſor fodere ſciuit. Liber inq̄t
generationis ieſu xp̄i ⁊c̄. ⁊ infra. virū ma=
rie de qua natus eſt ieſus qui vocat̄ xp̄us
Ecce vena vite. Iſte tetigit rectam venā.
quia vt dicitur in Job. xxviij. Habet argē
tum venarum ſuarum principia. Et iſtud
principiū tetigit hic mathe⁹. ipſa em̄ ꝓtu
lit nobis fonteꝫ vite. ſic optime figurat̄ in

Gen̄.ij.vbi legiť ꝙ fluuius egrediebať de
ꝑadiſo voluptatis ⁊ diuidebatur ī quatu
oꝛ flumina. qꝛ de beata virgine egreſſus ē
dn̄s qui effluit in nobis illa quatuoꝛ ma//
ximа beneficia a quibus deriuanť omnia
alia beneficia ſcʒ generationis recreatio//
nis iuſtificationis ⁊ gloꝛificatōnis. Et be
ne dicūtur flumina hec beneficia. qꝛ con//
tulerunt nobis quatuoꝛ que ſolent flumi//
na magna poꝛtare ciuitatibus ꝑ quas flu
unt. flumē em̄ neceſſaria appoꝛtat. ſuper//
flua depoꝛtat. ſoꝛdes abluit ſitim extiguit
Beneficiuʒ igitur creationis omnia neceſ
ſaria appoꝛtat recreationis omnia detu//
lit ſuꝑflua. tunc em̄ hircus emiſſariuſ ppl̄i
pctā detulit in deſertū ſicut diciť Leuit.
xvi. nihil em̄ ſuꝑfluū niſi peccatū. Benefi
cium iuſtificationis omnia immūda ab//
luit. quia dn̄s abluit ſoꝛdes filiaꝝ ſyon in
ſpiritu iudicij ⁊ ſpū ardoꝛis Jſa. iiij. Be//
neficium gloꝛificationis omnē ſitiʒ extin
guit. vſqʒquaqʒ ſitit omnis anima ad de//
um fonteʒ viuū. Et hec ſitis nunqʒ hic ex
tinguitur. quia hic nō ſatiatur oculus vi//
ſu nec auris auditu ſicut dicitur Eccī. i. ſʒ
ſatiabimur cū apparuerit gloꝛia eius. quā
do de toꝛrente gloꝛie eius potabim⁹. Hec
ſunt igitur quatuoꝛ flumina que nobis ꝓ
fluūt ex plenitudine iſta ſemꝑ plena. Pro
fluit nobis nihilominus ex ipſa panis re
fectiōis. ipſa eſt nauis illa inſtitoꝛis de lō
ge poꝛtans panem ſuum Prouerbioꝝ vl
timo. de longe dicit quia eſt panis viuus
qui de celo deſcendit Joh. vi. ad quē inui
tabit nos beata virgo dicens Prouerbio
rū vltimo. Comedite panē meū ⁊ bibite vi
num quod miſcui vobiſ. Deus trinitas a//
quā ſcʒ humanitatis cuʒ vino deitatis mi
ſcuit. hoc em̄ fecit cū humanā naturā diui
ne vniuit. ſed beatiſſima virgo miſcuit qn̄
credidit ⁊ conſenſit. Panē quoqʒ iſtū ipſa
confecit nobis. ipſa eſt em̄ illa mulier euā
gelica Math. xiij. que tria ſata id eſt coꝛp⁹
chꝛiſti ⁊ animā et diuinitatem coniunxit.
Fermentū autem in hac confectione fuit
fides virginis vera. quia quem celi capere
non poterant ⁊c̄. Jſtum panem petierunt
paruuli ⁊ non erat qui frangeret eis Tre
noꝛū. iiij. Quam fractionem petebat Jſa.
lviij. Frange eſurienti panem tuum. Un
de fuit verum ꝙ panis iſte piſtus fuit ī in
carnatione ſed fractus in paſſione quan//
do miſit criſtallum ſuum ſicut buccellas.

Alia tranſlatio habet ſicut fruſtuʒ panis.
Miſit igitur criſtallum ſuum id eſt clariſſi
mā animā ſuam ad lymbū ſicut fruſtū pa
nis diuiſum a pane id ē coꝛꝑe quod latu
it in ſepulcro cū quo vnita fuit integer ho
mo panis viu⁹ qui de celo deſcēdit. Ef
fluxit etiā ab hac plenitudīe medicina cu
rationis Eccī. xxviij. Altiſſim⁹ de terra cre
auit medicinam. Et. xliij. Medicina oīm
in feſtinatōne nebule. hoc eſt in chꝛiſti car
ne puriſſima feſtinata ⁊ ſubito deciſa ⁊ in
coꝛpus foꝛmata. et hoc nobis ex iſta efflu//
xit plenitudine. Unde ipſa dicit Eccī. xx
iiij. Ego quaſi fluuius doꝛix exiui de pa//
diſo dei. doꝛix medicamentū generatiōis
xp̄s medicamentū eſt qui ſanat omnes in
firmitates noſtras ⁊ omnis generationis
Accepimus quoqʒ ab hac plenitudine
arma expugnationis ſed que conuenien//
tia armis cum medicina. Qd̄ em̄ ab eadē
accepimus arma ⁊ medicinaʒ hoc optime
figuratum eſt. iij. Regū. vij. Jn domo ſal
tus lybani quam edificauit Salomon vt
explanat magiſter in hiſtoꝛia. Domus il//
la in duas partes fuit diſtributa. ſuperioꝛ
fuit pigmentaria in qua fuerunt pigmen
ta ⁊ aromata ad vſum templi. Altera fuit
armaria ad tuitionem regis ⁊ decoꝛeʒ do
mus. Lybanus candida eſt beata virgo
que tota candida tota pulcra intus ⁊ ex//
tra. quaʒ domū fecit ſibi Salomon. quia
ſapientia edificauit ſibi domuʒ. in qua fu
it medicina contra vulnera peccatoꝛū. ar
ma contra mundū ⁊ dyabolū. Jn hac au
tem domo dicitur ſpiritualiter de ſcut̄ au
reis que fecit Salomon. ⁊ quid ſignant il
la ſcuta niſi illud ſcutum quod petit p̄s.
Appꝛehende arma ⁊ ſcutum et exurge in
adiutoꝛium mihi. Et dn̄s ita fecit. Jntroi
bo inquit ī admirabile tabernaculū. quia
quē celi capere non poterant tuo gremio
contuliſti. Jſtud tabernaculum intrauit ⁊
ſe armauit ⁊ ibi ſcutum induit bone volū
tatis. de quo p̄s. Scuto bone voluntatis
tue. Scutum bone voluntatis ſue ipſe nū
qʒ in aliquo tantum oſtendit quantuʒ in
nobis immo ſue bonitatis quantū in hoc
ꝙ aſſumpſit ſcutum iſtud ⁊ factus eſt luci
fer noſter. Unde notabiliter dicit coꝛona
ſti eos. Hec enim ſumma coꝛona homi//
nis ad alias coꝛonas ꝙ ⁊ vidit deum fe//
rentem ſcutum ſuum. Unde ꝙ hic voca//
tur ſcutum in libꝛo canticoꝛum dyadema

appellatur Canticoꝝ.iij. Egredimini fi-
lie ſyō et videte regē Salomonē in dyade
mate ſuo quo coroauit eū mater ſua. glo.
virgo maria. Itē alia gloſa ſup illud. i die
deſponſationis. Glo. tpe annunciatōnis
Scutū in pugna paſſionis in qnqꝫ locis
fuit pforatū. Hmōi ſcuti inſignia ferebāt
ille qui dicebat. Stigmata dn̄i noſtri Je
ſu xpi in corpore meo porto. Eſt em̄ ma-
gna dignitas militis portare inſignia re-
gis. Unde Heſter.iiij. Homo quē rex cu
pit honorare debuit indui veſtimētis reg'
et debet poni ſup equum qui eſt de ſella re
gis et accipe regiū dyadema ſup caput ſu
um et primus ex principibus regis ac ty-
rānis regat ei equū et p plateas ciuitat' in
cedat et dicat et clamet. Sic honorabitur
quē rex vult honorare. Dn̄s igitur qn̄ ho
minē honorare voluit veſtes regales ei in
duit quando diuinas pprietates ei cōica
uit. et econuerſo veſtem ſerui induit quan
do ſaccū noſtre mortalitatis ſibi induit.
Unde.i.Regū.xviij. Expoliauit ſe iona-
thas tunica qua erat indutus et dedit eā
dauid. et reliqua veſtimēta ſua vſqꝫ ad gla
dium et arcum vſqꝫ ad baltheū. Item ſup
equū qui eſt de ſella regis poſuit hominē
qn̄ corpus humilitatis noſtre corpi clari
tatis ſue configurauit. Item dyadema re
gis in capite hominis poſuit quādo nos
reges celorum conſtituit. Unde Apoca.
xix. Ille qui ſedebat in equo habuit in ca
pite ſuo dyademata multa. Multa pro-
culdubio dyademata habuit qui cuilibet
hominū vnum dedit. et ipſe tamen dyade
mata noſtra i capite ſuo habuit. Quia ni
mirum i coronā glorie ſue conuertitur qd
de patrimonio ſuo tot reges et reginas fe
cit. Unde in Apoca.xxiiij. Seniores mit
tunt coronas ſuas ante ſedentem in thro
nū. quia omnes ſancti p humilitatē chri-
ſti in humanitate recognoſcunt ſe eſſe co-
ronatos. Unde et mulier amicta ſole coro
nam ſtellarū duodecim in capite ſuo ha
buit. quia beatiſſima virgo omnes ſanctos
coronauit. Principes autem cum equo p
plateas ciuitatis nos ducunt quando cū
corporibus et animabus nos ad celeſtia re
gna perducunt. Si igitur eſt tantus ho-
nor militis ferre inſignia regis quāto po-
teſt dignius eſſe regem ferre inſignia mili
tis. quante caritatis eſt regi celi deputa-
ri pro corona regis quod fert ſcutum ſer-
ui ſcutum ſcd'm carnem. in dyademate in
quit Canticoꝝ.iij. quo coronauit eū ma
ter ſua. virgo maria. Unde hec ſingularis
mater ſingulariter filiū coronauit cum eū
alia mater ſic nō coronauit ſed inhonora
uit et filium ire ſibi generauit. Sed et ipſe
filius econtrario ſolus matrē ſuam naſcē-
do coronauit cū ei fecunditatem matris
contulit et eius virginitatē nō abſtulit et eſ
ſe matrem dei et reginā miſericordie mox
naſcendo conceſſit. Patet igitur que ſunt
arma et ſcutum quo nos deus coronauit.
et que arma de iſta plenitudine accepim'
Accipiemus autem et de eadē premiū re-
munerationis. vnde ps. Filij fructus mer
ces ventris. Gen̄. Ego ero merces tua ma
gna nimis. Et ſic patet qualiter iſta pleni
tudo virginis effluit pfectam et omnimo-
dam beatitudinē humano generi. Pre
dictis etiam adijcienda eſt alia ratio ple-
nitudinis quam etiam continet in ſe ple-
nitudo beatiſſime virginis. et hec eſt ſcd'm
ꝙ aliquis locus dicitur plenus et hoc di-
citur dupliciter. Dicitur em̄ aliquando lo
